

IORNANDES DE REBVS GOTHORVM. PAVLVS DIACONVS FOROIVLIENSIS DE GESTIS LANGOBARDORVM

ALBVVINVS REX

ATHANARICVS REX


AXIMILIANVS DIVINA FAVEN
te clementia. E. Romanorũ Imperator sem-
per Augustus: ac Germanię, Hũgarię, Dal
matię, Croatię &c̃. Rex: Archidux Austrię,
Dux Burgũdiæ, Brabantię &c̃. Comes Pa
latinus &c̃. Qꝫ etsi nos pro solita nostra cle
mentia, eos, qui studia literarum colunt, plurimũ diligamus,
illos tamen præcipua & singulari gratia nostra ꝓsequimur,
quorũ industria libri & monumẽta venerãdę vetustatis quot
tidie exquirunt. Et ne penitus obruant, in lucem emittunt in
cõmunem omniũ vtilitatẽ. Cum itaqꝫ honorabilis Conradus
Peutinger Iu. V. Doctor Consiliarius noster fidelis dilectus
exemplaria Itinerarij Antonini Cæsaris prædecessoris nostri
& Pauli Foroiuliensis Longobardi / & Iornãdis Gotti de re-
bus Longobardorũ & Gottorũ sua diligentia conquisiuerit,
& excribi curauerit. Quos etiam in gratiã nostram & cõmo-
dum, veritatẽ historiæ scire volentium formis excudi, atqꝫ in
publicũ ꝓdire constituit. Ne ergo dispendiũ aliquod patiat̃,
hanc sibi gratiã fecimus & cõcessimus, & tenore pręsentiũ faci
mus & cõcedim⁹, Ne quis in vniuerso sacro Ro. Imperio, &
omni ditione nostra per continuum decenniũ subsequens ab
ea die qua dicti libri ex ordinatione ipsius Consiliarij nostri
impressi fuerint, citra, præter, & contra eius voluntatem & sci
tum prędictos libros & chartas inprimat, vel inprimi faciat:
nec etiã alibi impressos in eodem nostro, & sacro Ro. Impe-
rio vendat, vel vendi faciat, sub pœna amissiõis Chartarum &
librorum quorumcũqꝫ, sine prædicti Consiliarij nostri vo-
luntate & assensu. Quos etiam de facto idem noster Consilia
rius vbicũqꝫ eos compererit, accipere, & in sui vtilitatẽ conuer
sere poterit. Harum testimonio literarũ Sigilli nostri appen-
sione munitarum. Datũ in oppido nostro Friburgo Die pri-
ma Mensis Martij, Anno domini Millesimo Quingẽtesimo
Vndecimo. Regnorum nostrorum Romani Vicesimo sexto.
Hungariæ vero Vicesimo primo.

Ad mandatum Cęs. Maiest. ꝓpriũ.



AD MAGNIFICVM ET GENEROSVM HIERONYMVM NOGAROLI COMITEM SACRAE CAES. MAIESTATIS SENATOREM CHVONRADI PEVTINGER AVGVSTANI IVRISCONSVLTI EPISTOLA.



MP. CAES. KAROLVS AVG.III. HLVDVVICI REGIS Orietalis Fraciç filius, Cęs. Hluduuici Aug. Pii Nepos, diui Cęs. Karoli Aug. magni Pronepos: qui a magnitudine corporis cognomento Crassus appellatus est (vt hoc exemplo potissimu ob authoris gloriam notissimo vtar: & alios retroacti temporis Principes, & multos nec obscuros prætercam) ex eo præcipua laude dignatus est, q viros doctos miru immodum amauerit, iuuerit, fouerit, ac multis ad scribendu præbuerit facultate: testes sunt plurimi, sed duo maxime Anastasius Romanę bibliothecæ præfectus, & Ioannes octauus Pont. Maxim. Cæsar vero MAXIMILIANVS Aug. qua beneuolentia, quaue liberalitate no doctissimos solum/sed & vel mediocriter eruditos amplexetur, foueat, atq ad aliquid semper in rem literariã conferendum compellat, notius est q̃ sit mea/ aut cuiusq oratione celebrandum. Nec mirum si fauet ingenijs, cum ipse optimarum artium multarum/ac omnis fere disciplinæ studiosissimus sit: nihilq inueniat aut tam difficile cognitu, aut tam vetustate inuolutum in quod ille intenderit/vt non quantu voluerit fuerit consecutus: quin etiã suis stimulis & vt verius dicam calcaribus effectum est/vt multi libri, & potissime historiaru (his enim maxime delectatur) qui diu temporu incuria atq desidia desiderati, annis & puluere obsiti, exesiq, tineis tantum pastus iacebant, nunc miserrimo tandem carceris squalore liberati/& libertate donati exeant. Sed hæc est minima/q̃uis sit maxima laus/Imperatoris: itaq in hanc rem cum de ea non sit mihi propositum/non vltra progrediar. Ipsius etiam ductu auspicatiori, & nostra, & Ioannis Stabij Historiographi cura & diligentia Iornandis de Getarum rebus liber vnus: & Pauli Germani Vuarnefrid filij (que Diaconu a Foroiulio appellant) historiæ Langobardicæ libri sex, qui multos annos hactenus oblituerent/ restituti: typisq excusi iamprimu publicant. Sunt & nobis in manibus Etropij historiæ Romanæ libri. xvij. cui alias impresso eiusde Pauli additiones (ita enim inscribunt) falso subiunctę deprghendunt. Iornãdem itaq ipsum, & Paulum ad te primu mittere volui: quem amo plurimum, cum optimarum artiu (a qbus nunq̃ alienus fuisti) studiosum, tum reru agedarum vsu non minus insignem/q̃ fide memorandum. Huc accedit q qualem de me habeas opinionem nulli potest esse dubium, cum quid feceris appareat. Cum enim filium tuum Leonardum adulescentulum & ingenio præstantem, & in literarum studijs maiores q̃ pro ætate progressus habetem: quem vnicu melioris sexus habes, mihi credideris. Et cum tu esses Veronæ, filius vero mecum Augustæ, tamen illi bene

consultū esse & ad mores,& ad cętera necessaria iudicaueris: declarasti tu quidem tantū te mihi tribuere/quantū fortasse ego nec agnosco,nec postulo:tali tamē opinione tua ac iudicio facere non possum/quin & mihi gaudeā,& tibi debeam. Accipe igit̄ libros tuo nomini dicatos,quasi nunc demū editos: vel saltem longo interuallo redeuntes in lucē. Quod si quid erit in his mancum aut mendosum, peto non quidem a te qui vltro hanc mihi veniam dares, verū a cæteris si qui erunt huiusce historiæ studiosi/ vt boni æquiq; consulant: contulimus enim nos quantum habuimus:& quantū potuimus. Quod si idem cęteri quoq; facient/ nihil fortasse deerit ad historię cognitionē. Qui vero Gothi atq; Langobardi fuerint,legendo hos quilibet facile cognoscet. Antonius Sabellicus libro septimæ Enneadis nono, Priscum referre ait Getas esse diuersos a Gothis:Strabonem Capadocē aliter sentire:ex Iornande vero eosdem esse & Getas,& Gothos perspicere licet. Sunt & Gothi primo origine Scythæ:qui mox in Germanorū nomen abierunt: nec proprie Ostrogothos & Visigothos,nisi literarū adiectione dicimus: a ventis enim (nominū Germanorū) quibus terrę partes disiungimus,nomina sunt sortiti. Ostgothi Orientales, Vuestgothi occidentales:quemadmodum & vetusti Saxones campestres,germane Ostfelder & Vuestfelder appellati:hos posteriores ętate nostra Vuestualos recte nuncupant. Langobardi & ipsi Germani fuerunt: quorum regnum etiam Italis nec crudele/nec intolerabile erat:nam & scelera seuerissime vindicabant:& omnia domi & foris tuta & secura continebant. Paulum etiam si quis perlegerit/ Sabellici errorē,vel authorū eorum quos ille secutus est librorū facile depræhendet. Scripserunt aūt Iornandes & Paulus non florentibus Italiæ rebus, sed eo tempore quo latialis lingua vna cū rebus ipsis iam interierat. Quare nō mirum si nudas res ipsas sine aliquo verborū splēdore posuerunt:neq; aliud quicq; ab hominibus illius tēporis desiderādum fuit/præter verę historiæ traditionem: quod si quisquā alius/Iornandes & Paulus potissimū facere potuerunt: qui non modo eo tempore fuerunt quo ea de quibus scribunt gesta sunt, verū etiam ipsis rebus interfuerūt:vt verisimile sit homines nullius id rogatu facere aggressos: sed tm̄ vt res gestas, & hi q in posterū futuri essent cognoscere possent,nihil occultasse de industria,nihil addidisse non gestū. Neq; puto mira alicui videbunt̄ cū similem ꝓpemodū imaginē nostra tempestate viderimus:nec ante nisi postq; res Romanæ declinare cœperūt,Italia vbiq; quieta fuit:verū mutationes semper & magni motus quasi per successionē quādam ad nostra vsq; tēpora ꝓpagati sunt. Idq; potissimū ob intestinas seditiōes:quod adeo verū est,vt Liuius grauis author tanto antea opinatus sit Romanorū res æternas fuisse futuras/ nisi inter se ipsi seditionibus sæuissent/id vnū venenū:eam labem ciuitatibus opulētis repertā vt magna imperia mortalia essent. Vnde vrbis Romę aliqn̄ etiā orbis capitis imperiū quod ab oriēte ad Indos/meridie ad Aethyopes, Aqlōe ad Sarmatas,& occasu ad Gensoriacū oceanū erat ꝑtēsum, irrūpentib⁹ in eā,eiusq; ditionē Gothis Herulis Turcilingis Rugis, Vandalis, Alanis, Burgūdionibus, Langobardis, Sueuis, Saxonibus,& Frāconib⁹:quos Paulus vno noīe Germanos appellat,facile in seipsum inclinatū atq; dissolutū est. Nec aliqd inter mortales ad nos ꝑuenit:tā altis innixū radicibus vt in perpetuū duret,ac nō aliqn̄:vel tūc maxime cū fortius habet̄,frangat̄ & corruat. Tua Mag. D. beneualeat. Ex ędibus nostris Prid. Kal̄. Martias. Anno Salutis. M. D. XV.

RICCARDI BARTOLINI PERVSINI IN HISTORIAM IORNANDIS DE REBVS GOTHICIS CARMEN AD CONRADVM. &c.



Vltum praeclarae debent scriptoribus vmbrę
  Quorum perpetuat fortia gesta labor.
Nam neq; Alexander Macedo, neq; Porus ad Indos
  Notus: nec dirae Persidos arma forent,
Iis nisi scriptores Graii, libriq; dedissent
  Ausonij, ęterna posteritate frui.
At qui facta, situm, & tineas abolere virorum,
  Non patitur, Ducibus consulit, atq; libris.
Ergo tua quoniam cura Conrade, Gothorum
  Iornandes, scripsit qui fera bella Ducum.
Redditur ad vitam rursus: tibi gratia triplex
  Debetur: qui non scripta perire finis.
Nam magnae viuunt iterum vmbrę: olimq; sepultus
  Iornandes, studijs quoq; parantur opes.

EIVSDEM RICCARDI DE HISTORIA PAVLI DE REBVS LONGOBARDICIS CARMEN AD CONRADVM &c.



Saepe ego mirabar, cum tot memor afferat ętas,
  Longobardorum, gesta animosa Ducum.
Scriptorem nullum, tunc suscepisse laborem:
  Mandandi ęternis, non pereunda libris.
Sed dum praeteriti, atq; ingrati conqueror ęui,
  Ecce nouum e foedo puluere prodit opus.
Vuarnephridęo debentur sęcula Paulo
  Prisca: q; is veram condidit historiam.
Haec Conrade tibi, q; eam consumier ęuo
  Non finis: & luci tam graue reddis opus.
Foelix Augusta est: foelix Licus: & bona proles,
  Lętari, patris nomine clara, potest.

CASPAR VRSINVS EX SLESIIS GERMANVS.

QVantũ Roma tibi, gratata est Martia dudũ,
Quod quæ gessisti bella notare potes.
Nunc tantum erubeas, Geta qua te vicit, eadem
Scripsit victrici fortia bella manu.
Nõ Senonũ potuit furor & fraus punica quondã,
Imperium longo frangere Marte tuum.
Virtus Parrhisij te militis ardua cœpit:
Et docuit captum ferre subinde iugum.
Et merito, quam non potuisti vincere gentem
Ipsa dedit uictę debita iura tibi.

Aliud

Vt sua quæ toto gessit Mauortuis orbe
Bella Getes possent semper in orbe legi.
Iordanes potuit victoris tradere chartis
Omnia: & eloqo concelebrare graui.
At qui tempus edax rerum / atq; annosa vetustas
Cœperunt longo perdere & ista situ.
Magnanimesq; duces, perituraq; noïa seruans
Conradus Geticę consulit historię.
Publicat æternos Regumq; ducumq; labores
Hoc bene cui debent Gothus & author opus.

Aliud

Fœlices animę Regumq; Ducumq; per arua
Lęta per Elysium quas iuuat ire nemus.
Vel pro magnanimis quæ gaudia carpitis actis
Illustri saturę nectar in arce Iouis.
Vestras perdomitus vires exhorruit orbis,
Littore ab Eoo, littus ad Hesperium.
Indignata licet visa est, tamen inclyta nostro
Imperio, imperium ponere Roma suum.
Si modo quæ terris agimus, vos ęthere ab alto
Despicitis: magno aut scitis in Elysio.
Pertentant animos nimirum gaudia vestros:
Iam noua quos cœlo diiq; hominesq; beant.
Illi qui propria merito vos sede locarunt:
Hi quoniam ęternant nomina vestra libris.
Nomina per terras, in cœlo numina fulgent
Vestra: deos inter, Sydereumq; genus.
Seraq; posteritas quam non ea gloria tangit,
Mirata est vestras, non imitata manus.

PAVLVS DIACONVS LIBRI AVTHOR LECTOREM ALLOQVITVR.


Ot sęclis latui miser Diacon,
Exesus tineis, malisq; blattis.
Inuisam cariem dedit vetustas,
Pressus pauperie, siti, fameq;
Torpens: languidus, atq; honore nullo
Detentus: grauiter ferens cathenas,
Erepsi tamen huc deo volente
Tetro carcere liberatus: & me
Excepit venerabilis patronus
Chonradus: decus elegantiarũ,
Atq; idem hospitium benignus hospes
Gratum contulit: aureum, venustum:
Et dulci quoq; suauius liquore:
Et fragrantius arulis Sabęis.
Nam cur non niueis mihi lapillis
Multo charior hospes hic fuisset,
Qui me tam nitido fouet cubili:
Atq; hæc puluerulenta membra lauit:
Qui me lauticijs suis refecit.
Totum deniq; corpus expediuit,
Purum, candidulum, nimis decorum.
Libertateq; liberalis hospes
Me donans, peragrare iussit oras
Germanas, Latiasq; ciuitates.
Ergo quisquis eris benigne lector
Antiquam historiam legens, diserto
Peutinger peto gratias referto.
Atq; optes pylios adunet annos,
Quo Paulus duce vixerit perenne.

Io. Pinicianus.

IOAN. FOENISECA AVGVSTEN.

MAgnanimos Gotthos quos Scandia misit ab Arcto:
Et Gepidas/Rugios/Herulos/cum Turceq; lingis
Noscere quisquis amas: populum cui longior olim
Barba dedit nomen: quod nunc Itali quoq; seruant,
Hos en Iornandes scripsit, Paulusq; Diacon:
Et nunc Conradus Peutinger reddidit orbi.

EPISTOLA IORNANDIS CASTALIO DE ORIGINE GETARVM



Olentem me paruo ſubuectum nauigio, orā tranquilli littoris attingere, & minutos de priſcorum (vt quidam ait) ſtagnis piſciculos legere, in altum frater Caſtali laxare vela cōpellis: relictoq; opuſculo quod intra manus habeo, id eſt de breuiatione chronicorū, ſuades vt noſtris verbis duodecim Senatoris volumina de origine, actuq; Getarum, ab olim vſq; nunc per generationes, regeſq; deſcendente, in vnum, & hoc paruo libello coartem. Dura ſatis imperia: & tanq; ab eo qui pondus huius operis ſcire nolit impoſita. Nec illud aſpicis, quod tenuis mihi eſt ſpiritus ad implendam eius tam magnificam dicēdi tubam. Superat nos hoc pondus/ q; nec facultas eorūdem librorun nobis datur, quatenus eius ſenſui inſeruiamus. Sed vt non mentiar, ad triduanā lectionem diſpenſatoris eius beneficio libros ipſos ante hac relegi. Quorum q̄uis verba non recolo, ſenſus tamē & res actas credo me integre tenere. Ad quos nonnulla ex hiſtorijs Grçcis ac latinis addidi conuenientia: initium, finemq;, & plura in medio mea dictatione permiſcens. Quare ſine contumelia quod exegiſti/ ſuſcipe libens, libentiſſime lege. Et ſi qd parum dictum eſt, & tu vt vicinus genti commemoras, adde. Ora pro me frater chariſſime.

INCIPIT LIBER DE ORIGINE ACTVQVE GETARVM



Aiores nostri (vt refert Orosius) totius terrę circulū oceani limbo circūseptum triquatrū statuere: eiusq; tres partes Asiam, Europam, & Africā vocauere. De quo tripartito orbis terrarū spacio innumerabiles pene scriptores existunt: qui nō solum vrbiū, locorūue positiones explanāt: verū etiam & quod est liquidius passuū/miliariūq; dimetiunt quantitatē. Insulas quoq; marinis fluctibus intermixtas, tam maiores/q̄ etiā minores, quas Cicladas/ vel Sporadas cognominant, in immenso maris magni pelago sitas determināt. Oceani vero intransmeabiles vlteriores fines non solum describere quis aggressus est, verū etiam nec cuiquā licuit transfretare: quia resistente vlua, & ventorū spiramine quiescente inpmeabiles esse sentiant: & nulli cogniti/nisi soli ei qui eos cōstituit. Citerior vero eius pelagi ripa quā diximus, totius mundi circulum in modū coronæ ambiens, fines suos curiosis hominibus/& qui de hac re scribere voluerunt perquaquā innotuit: quia & terræ circulus ab incolis possidet. Et nonnullę insulæ in eodem mari habitabiles sunt, vt in orientali plaga, & Indico oceano. Hyppodes, Iamnesia sole perustę, q̄uis inhabitabiles/tamen omnino sui spacio longo/latoq; extensę. Taprobanes quoq; in qua exceptis oppidis vel possessionibus dicūt munitissimas vrbes. decoram Sedaliā, omnino gratissimam Silestantinā, necnon Etheron: licet non ab aliquo scriptore dilucidas, tamē suis possessorib⁹ affatim refertas. Habet in parte occidua idem oceanus aliquantulas insulas: & pene cunctias ob frequentiā euntium & redeuntiū notas. Et sunt iuxta fretum Gaditanum haud ꝓcul, vna Beata, & alia quę dicit Fortunata: q̄uis nōnulli & illa gemina Gallicię & Lusitanię ꝓmontoria in oceani insulis ponant. In quorū vno templū Herculis, in alio monumentū adhuc conspicit Scipionis: tamen quia extremitatē Gallicię terrę continent, ad terrā magnā Europę potius/q̄ ad Oceani pertinēt insulas. Habet tamen & alias insulas interius in suo ęstu, quę dicunt Baleares: habetq; & aliā Meuaniā: necnon & Horchadas numero. xxxiiij. q̄uis nō omes excultas. Habet & in vltimo plagę occidentalis aliam insulam noīe Thyle. de qua Mantuan⁹. Italia tibi seruiat vltima Thyle. Habet quoq; is ipse immēsus pelagus in parte arctoa, id est septētrionali amplam insulam noīe Scanziā, vnde nobis sermo, Si dn̄s iuuerit, est assumēdus: quia gens cuius originē flagitas, ab huius insulę gremio velut examen apū erumpens, in terram Europæ aduenit. Quomodo vero/aut qualiter, in subsequētibus (si dn̄s donauerit) explanabim⁹. Nunc aūt de Britānia insula quę in sinu oceani inter Hispanias, Gallias, & Germaniā sita est, vt potuero, paucis absoluā. Cuius licet magnitudinem olim nemo (vt refert Liuius) circumuectus est: multis tamē data est varia opinio de ea loquēdi. Quā diu siqdē armis inaccessam Romanis Iulius Cęsar pręlijs ad gloriā tm̄ quæsitis aperuit peruiā. Deinceps mercimonijs, aliasq; ob causas multis patefacta mortalibus: nō indiligenti, quæ secuta est ętati, certius sui ꝓdiderat sitū: quam vt a Græcis, latinisq; authoribus accepimus, ꝓsequimur. Triquatrā

als triquetrū

describere. forte non describere

Hyppodes
Iamnesia
Taprobane
Sedalia
Silestantina
Etheron

Hę insulę beata/& Fortunata.

Baleares
Meuania
Horcades
Thyle

Pelagus. forte oceanus
Scanzia

De Britannia insula

eam plures dixere:cono similem:inter septentrionalem/occidentalemq̧ plagā ꝓiectam, vno qui magnꝰ est angulo in Rheni ostia:dehinc correptā latitudine obliqua retro abstracta in duos exire alios:geminoq̧ latere longiore Galliā prętēdit, atq̧ Germaniā. In duobus milibus trecentis decē stadijs latitudo eius vbi patentior: longitudo non vltra septē milia centū triginta duo stadia fert̄ extendi. Modo vero dumosa/modo siluestri iacere planicie:montibus etiam nonnullis increscere: mari tardo circūflua:quod nec remis facile impellentibus cedat, nec ventorū flatibus intumescat:credo quia remotę longius terrę causas motibus negant: quippe illuc latius q̄ vsquā equor extendit̄. Refert aūt Strabo Græcorum nobilis scriptor, tantas illam exhalare nebulas, madefactam oceani crebris excursibus, vt subtectus sol per illum pene totū fœdiorē qui serenus est diem negeť aspectui:noctem q̄q̧ clariorē. In extrema eius parte Memma quā Cornelius etiam annaliū scriptor narrat, metallis plurimis copiosam:herbis frequentē, & his feraciorē omnibꝰ: quia pecora magis q̄ homines alat. Labi vero per eam & multa q̄ maxima/ relabiq̧ flumina gēmas margaritasq̧ voluētia:silorū colorati vultus/torto plęriq̧ crine & nigro nascunt̄. Calidoniā vero incolētibus rutilę comæ:corpora magna/sed fluida: qui Gallis siue Hispanis a quibusq̧ attendunt̄ assimiles. Vn̄ coniectauere nōnulli q̧ ea ex his accolas cōtinuo vocatos acceperit:inculti ęque omnes populi, Regesq̧ populorū:cunctis tamen in Calidoniorū metallum concessisse nominādi. Author est Dio celeberrimus scriptor annaliū. Virgeas habitant casas:commuuia tecta cū pecore, siluæq̧ illis sępe sunt domus. Ob decorem nescio/an aliam ob rem/ ferro pingunt corpora. Bellum inter se aut imperij cupidine/aut amplificandi quæ possident sępius gerunt:non tm̄ equitatu vel pedite, verū etiam bigis/ curribusq̧ falcatis:quos more vulgari Essedas vocant. Hæc pauca de Britanniæ insulæ forma dixisse sufficiat, ad Scanzię insulę situm quam superius reliquimus/redeamus. De hac enim in secundo sui operis libro Claudius Ptolomęus orbis terræ descriptor egregius meminit/ dicens. Est in oceani arctoo salo posita insula magna nomine Scanzia/in modum folij cedri:lateribus pandis post longum ductum cōcludens se:eius ripas influit oceanus. Hęc a frōte posita est Vistulę fluuij q̧ Sarmaticis montibus ortus/in conspectu Scanzię septētrionali Oceano trisulcus illabit̄:Germaniā Scythiāq̧ determinās. Hęc ergo habet ab oriēte vastissimū lacū in orbis terrę gremio:vnde Vagi fluuius velut quodam ventre generatus in oceanū vndosus euoluitur. Ab occidente namq̧ immenso pelago circūdatur:a septētrione quoq̧ innauigabili eodem vastissimo concludit̄ oceano: ex quo quasi quodā brachio exeunte, sinu distento/Germanicū mare efficit̄. Hic gentes quæ carnibus tm̄ viuunt: ibi etiam paruæ/sed plures perhibent̄ insulę esse dispositæ:ad quas si congelato mari ob nimium frigus lupi transierint, luminibus ferunt̄ orbari:ita nō solum inhospitalis hominibus, verū etiā beluis terra crudelis est. In Scanzia vero insula vnde nobis sermo est, licet multæ & diuersę maneāt nationes/septem tamen eorū nomina meminit Ptolomęus. Apū ibi turba mellifica ob nimium frigus nunq̧ reperit̄. In cuius parte arctoa gens Adogit cōsistit:quæ fert̄ in ęstate media.xl. diebus & noctibus luces habere cōtinuas. Itēq̧ brumali tempore/ eodem dierū nocriumq̧ numero lucem clarā nescire. Ita alternato mœrore cū gaudio, beneficio alijs dānoq̧

[Margin notes: Essedæ — Scanzia — Vistula. — Vagi — Germanicum mare — De lupis — Adogit vbi dies & noctes.xl.dierū desunt.]

impar est:& hoc quare? Quia ꝑlixioribus diebus solem ad orientē per axis marginem vident redeuntē: breuioribus vero nō sic conspicitur apud illos/ sed aliter: quia Austrina signa percurrit: & qui nobis videt̄ sol ab imo surgere, illos p terræ marginem dicit̄ circuire. Alię vero ibi gentes tres Crefennæ: qui frumentorū non quæritant victum, sed carnibus ferarum, atq; auium viuunt: vbi tanta paludibus fœtura ponitur, vt & augmentum præstent generi/ & satietatem ac copiam genti. Alia vero gens ibi morat̄ Suethans: quę velut Thuringi eqs vtunt̄ eximijs. Hi q̄q; sunt qui in vsus Romanorū Saphirinas pelles cōmertio interueniente/ per alias innumeras gentes transmittunt, famosi pelliū decora nigredine. Hi cū inopes viuūt, ditissime vestiunt̄. Sequūtur deide diuersarū turba nationū/ Theusthes, Vagoth, Bergio, Hallin, Liothida: quorū oīm sedes sub humo plana ac fertili: & ꝑpterea inibi aliarū gentium incursionibus infestant̄. Post hos Athelnil, Finnaithę, Feruir Gautigoth, acre hominū genus, & ad bella promptissimū. Dehinc mixti Euagerę Othingis. Hi omnes excisis rupibus/ quasi castellis inhabitant ritu beluino. Sunt ex his exteriores Ostrogothę Raumaricę, Raugnaricij, Finni mitissimi, Scanzię cultoribus oībus mitiores: necnō & pares eorū Vinouiloth, Suethidi, Cogeni in hac gente reliquis corpore eminentiores: q̄uis & Dani ex ipsorū stirpe ꝓgressi, Erulos ꝓprijs sedibus expulerūt. Qui inter omnes Scanzię nationes nomē sibi ob nimiam ꝓceritatē affectāt præcipuū. Sūt q̄q; & illorū positura Grannij, Aganzię, Vnixę, Ethelrugi, Arochiranni: quibus nō ante oīes/ sed ante multos annos Rodulf rex fuit: qui contēpto ꝓprio regno/ ad Theoderici Gothorū regis gremium cōuolauit: & vt desiderabat/ inuenit. Hæ itaq; gentes Romanis corpore & animo grandiores/ infestæ sęuitia pugnæ. Ex hac igit̄ Scanzia insula quasi officina gentium, aut certe velut vagina nationum cū rege suo nomine Berig, Gothi quondam memorantur egressi: qui vt primum e nauibus exeuntes, terras attigere, ilico loco nomen dederunt. Nam hodie illic, vt fertur, Gothiscanzia vocat̄. Vnde mox promouentes ad sedes Vlmerugorum, qui tunc Oceani ripas insidebant, castrametati sunt: eosq; cōmisso prælio/ ꝓprijs sedibus pepulerūt: eorūq; vicinos Vuandalos iam tunc subiugantes, suis appellauere victorijs. Ibi vero magna populi numerositate crescente, etiā pene quinto rege regnante, post Berig, Filimer, Filogud, Arigis consilio sedit: vt exinde cū familijs Gothorū ꝓmoueret exercitus, qui aptissimas sedes, locaq; dum quęreret congrua/ peruenit ad Scythiæ terras/ quæ lingua eorū Ouim vocabant̄: vbi delectato magna vbertate regionū exercitu/ & medietate trāsposita, pons dicit̄, vnde amnē trāsiecerat inseparabiliter corruisse: nec vlterius iā cui dā licuit ire aut redire. Nā is locus, vt fert̄, tremulis paludibus voragine circūiecta concludit̄: quē vtraq; confusione natura reddidit inperuiū. Verūtamen hodieq; illic & voces armentorū audiri/ & indicia hoīm deprehendi cōmeantiū attestatiōe q̄uis a longe audientiū credere licet. Hæc igit̄ pars Gothorū quæ apud Filimer dicitur in terras Ouim emenso amne transposita, optatū potita solum. Nec mora, ilico ad gentem Spalorū adueniunt: consertoq; prælio/ victoriam adipiscunt̄: exindeq; iam velut victores ad extremā Scythiæ partē quę Pontico mari vicina est/ ꝓperant: quēadmodum & in priscis eorū carminibus pene historico ritu in cōmune recolit̄: quod & Ablauias descriptor Gothorū gētis egregius verissima attestat̄

Crefennę
Suethans.
Theusthes
Vagoth
Bergio
Hallin.
Liothida
Athelnil.
Finnaithę
Feruir.
Gautigoth
Othingi.
Euagerę
Raumaricæ
Raugnaricij
Finni
Vinouilothi
Suetidi
Cogeni
Heruli
Dani.
Grānij
Aganzię
als Germānis
als pugnabāt
sęuitia pugnę
Vnixę
Ethelrugi
Arochiranni
Rodulf Rex
Egressio Getarum a principio
Berig rex
Vlmerugi
Vuandali
Filimer
Filogud
Arigis.
Ouim
Spali
Ablauias.

Iosephus

historia.In quam sententiā & nonnulli consensere maiorū.Iosephus quoq; Annalium relator verissimus dum vbiq; veritatis conseruit regulam:& origines causarum a principio reuoluit,hæc vero quæ diximus de gente Gothorū principia cur omiserit/ignoramus.Sed tamen ab hoc loco eorum stirpem cōmemorās, Scythas & natione/& vocabulo asserit appellatos:cuius soli terminos anteq; aliud ad medium deducamus/necesse est, vti iaceant, dicere.

Scythia. Hister hic Boristhenes. Stagnū Musianū. Tyras. Danaster. Vagosola. Danubius hic Boristhenes. Taurus mons. Meotis. Bossorus Cimerius. Caucasus. Araxes. Mare Caspiū. Euroborus. Hunni. Albani. Seres. Scythiæ descriptio. Oppida Scythiæ ad Ponticum mare. al's Careon.

SCythia siquidem Germaniæ terræ confinis:eotenus vbi Hister oritur amnis,vel stagnū dilatat̃ Musianū,tendēs vsq; ad flumina Tyram, Danastrū, & Vagosolam,magnūq; illum Danubiū,Taurūq; montem:non illū Asiæ/sed ꝓpriū, id est Scythicū per omnem Meotidis ambitū,vltraq; Meotida per angustias Bossori vsq; ad Caucasum montē,amnēq; Araxem:ac deinde in sinistram partē reflexa, post mare Caspiū,quæ in extremis Asiæ finibus ab oceano Euroboro in modū fungi primū tenuis,post hæc latissima & rotunda forma exorit̃:vergens ad Hunnos,Albanos,& Seres vsq; digredit̃.Hæc inquā patria:id est Scythia:longe se tendens,lateq; aperiens:habet ab oriente Seres,in ipso sui principio ad littus Caspij maris conmanentes:ab occidente Germanos,& flumen Vistulæ:ab Arctoo,id est septētrionali,circūdatur Oceano:a meridie Persida,Albania,Hiberia,Ponto, atq; extremo alueo Histri qui dicit̃ Danubius ab ostio suo vsq; ad fontem.In eo vero loci latere quo Ponticū littus attingit/oppidis haud obscuris inuoluit̃. Boristhenide, Olbia, Calipoda,Chersona,Theodosia,Pareon,Mirmicion & Trapezunta: quas indomitæ Scytharū nationes Græcos permisere condere, sibimet cōmertia præstaturos.In cuius Scythiæ medio est locus qui Asiā/Europamq; ab alterutro diuidit,Riphei scilicet mōtes:qui Tanain vastissimū fundūt intrantem Meotida: cuius paludis circuitus passuum milia.c.xliiij.nusq; octo vlnis altius subsidētes.

Mōtes Riphei. Meotida palus. Gepidæ. Tisianus flu. Danubius fl. Tausis. Dacia.

In qua Scythia prima ab occidente gens sedit Gepidarū:quæ magnis/opinatisq; ambitur fluminibꝰ.Nam Tisianus per Aquilonē eius/Chorūq; discurrit.Ab Africo vero magnus ipse Danubius,ab Euro fluuius Tausis secat:qui rapidus ac verticosus in Histri flucta furēs diuoluit̃.Introrsus illi Dacia est ad coronæ speciē arduis alpibus emunita:iuxta quorū sinistrum latus qđ in Aquilonem vergit, & ab ortu Vistulæ fluminis per immensa spacia venit, Vuinidarū natio populosa consedit. Quorum nōmina licet nunc per varias familias & loca mutent̃, principaliter tamē Sclauani & Antes nominant̃.Sclauani a ciuitate noui,& Sclauino Rumunnēse, & lacu qui appellat̃ Musianus,vsq; ad Danastrū,& in Boreā Viscla tenꝰ cōmorant̃: hi paludes/siluasq; ꝓ ciuitatibus habent.Antes vero qui sunt eorū fortissimi qui ad Ponticū mare curuant̃,a Danastro extendunt̃ vsq; ad Danubiū: quæ flumina multis mansiōibus abinuicē absunt.

Hic Vuinidæ. noui.al's noui ctunense. Sclauani. Antes. al's Mursianus.

Ad littus aūt oceani vbi tribus faucibus fluenta Vistulæ fluminis ebibunt̃, Vidioarij resident,ex diuersis nationibus aggregati: post quos ripā oceani Itemesti tenent:pacatū hominū genus omnino. Quibus in Austro adsedit gens Agazzirorum fortissima,frugum ignara:quæ pecoribus & venationibus victitat.Vltra quos distendunt̃ supra mare ponticū Bulgarū sedes: quos notissimos peccatorū nostrorum mala fecere.Hinc iam Hunni quasi fortissimarum gentiū fœcundissimus cespes/ in bifariā populorū rabiē pullularūt.Nam alij Aulziagiri,alij Auiri nuncupant̃:qui tñ sedes habent diuersas. Iuxta Chersonā

Vidioarij. Itemesti. Agazziri. Bulgari. Hunni. Hic nomina Hunnorum. Aulziagri. Auiri. Chersona.

Aulziagri/quo Asię bona auidus mercator importat. Qui æstate campos peruagantur effusos: sedes habentes/ ꝓut armentorũ inuitauerint pabula: hyeme supra mare ponticũ se referentes. Hunugari aũt hinc sunt noti: quia ab ipsis pellium murinarũ venit cõmertiũ. Quos tantorũ virorum formidauit audacia. Quorũ mansionem primã esse in Scythiæ solo iuxta paludẽ Meotidem, secũdo in Mœsia/ Traciaq; & Dacia, tertio supra mare Ponticũ/ rursus in Scythia legimus habitasse: nec eorũ fabulas alicubi reperim⁹ scriptas/ q eos dicũt in Britãnia/ vel in vna qualibet insularũ in seruitutẽ redactos: & in vnius caballi precio quondã ereptos. Aut certe si qs eos aliter dixerit in nostro orbe/ q̃ quod nos diximus fuisse exortos/ nobis aliquid obstrepit: nos. n. potius lectioni credimus/ q̃ fabulis anilibus cõsentimus. Vt ergo ad nostrũ ꝓpositũ redeamus/ in prĩa pte Scythię iuxta Meotidẽ cõmanẽtes prȩfati vnde loqmur/ Filimer regẽ habuisse noscunt. In secũdo/ id est Daciæ/ Traciæq; & Mœsiæ solo Zalmoxen, quẽ miræ philosophicę eruditionis fuisse testant plęriq; scriptores annaliũ. Nam & Zeutã prius habuerunt eruditũ: post etiã Diceneũ: tertiũ Zalmoxen, de quo superius diximus. Nec defuerũt qui eos sapiẽtiam erudirent. Vnde & pene omnibus Barbaris Gothi sapiẽtiores semper extiterunt: Græcisq; pene consimiles, vt refert Dio: qui historias eorũ/ annalesq; græco stilo cõposuit. Qui dixit primũ Zarabos Tereos, deĩde vocitatos Pilleatos: hos q inter eos generosi extabãt: ex quibus eis & reges/ & sacerdotes ordinabant. Adeo ergo fuere laudati Gethæ/ vt dudum martẽ quem poetarũ fallacia deũ belli pronunciat, apud eos fuisse dicãt exortũ. Vnde & Virgilius Gradiuũq; patrẽ Geticis qui præsidet aruis. Quẽ martẽ Gothi semper asperrima placauere cultura. Nam victimę eius mortes fuere captorũ: opinantes bellorũ prȩsulem aptius humani sanguinis effusione placandũ. Huic prædę primordia vouebant: huic truncis suspendebant exuuię: eratq; illis religionis præter cęteros insinuatus affectus, cũ parenti deuotio nominis videret impendi. Tertia vero sedes supra mare Ponticũ/ iam humaniores, & vt superius diximus, prudentiores effecti: diuisi per familias populi: Vesegothæ familię Balthorũ, Ostrogothę, præclaris Amalis seruiebãt. Quorum studium fuit primũ inter alias gentes vicinas arcus intendere neruis: Lucano plus historico/ q̃ poeta testante. Armeniosq; arc⁹, Geticis intẽdite neruis. Ante qs etiã cantu maiorum facta modulationibus/ cytharisq; canebant. Ethespamarę, Hanalę Fridigerni, Vuidiculæ, & aliorum quorũ in hac gente magna opinio est, quales vix heroas fuisse miranda iactat antiquitas. Tunc vt fert, Vesosis Scythis lachrymabile sibi potius intulit bellũ: eis videlicet quos Amazonarũ viros prisca tradit auctoritas. De quis fœminas bellatrices & Orosius in primo volumine ꝓfessa voce testat. Vnde cũ Gothis eũ dimicasse euidenter ꝓbamus, quem cũ Amazonarũ viris absolute pugnasse cognoscimus: qui tunc a Boristene amne, quẽ accolę Danubiũ vocant, vsq; ad Tanain fluuiũ circa sinũ paludis Meotidis cõsidebant. Tanain vero hunc dico, qui ex Ripheis mõtibus deiectus, adeo pceps ruit/ vt cũ vicina flumina siue Meotis vel Bosforus gelu solident, sol⁹ amniũ cõfragosis mõtib⁹ vaporat⁹, nunq̃ Scythico durescit algore. Hic inter Asiã, Europãq; termin⁹ famosus habet. Nã alter est ille, q montib⁹ Chrinnorũ oriẽs, in Caspiũ mare dilabit. Danubius aũt ort⁹ grãdi palude, quasi ex mari ꝓfundit. Hic vsq; ad mediũ sui dulcis est & potabilis: pisceq; nimij saporis gignit, ossibus carẽtes, cartilaginem tm̃ habẽtes

Hunugari
Filimer rex
Zalmoxis.
Zeuta
Diceneus
Dio
Zarabi
Terei
Pilleati
Gethæ
Mars
Sacrificium Martis
Vesegothæ
Balthi
Ostrogothæ
Amali
Etespamarę. alseterpamalę
Hanalæ
Fridegerni
Vuidiculę. als Vuidigothę
Vesosis rex
Amazones
Longa differẽtia Danubij alterius & Boristhenis
Tanais
Chrinni
Danubius

Ampheus
Callipedæ
Hipanis
Achilles isula
Phasides
Phasiani
Taunasis rex.
Nilus
Somus
Vnde Parthi orti & dicti sunt
De Amazonibus Gothis.
Lampeto
Marpesia
Caucasus
Saxū Marpesiæ
Lazori
Gargarus
Descriptio Caucasi montis

in corporis continentiā. Sed vbi fit ponto vicinior, paruum fontem suscipit: cui ex ampheo cognomē est: adeo amarum/vt cū sit.xl. dierū itinere nauigabilis, huius aquis exiguis immutet: infectusq́; /ac dissimilis sui, inter græca oppida Callipidas & Hipanis in mare defluat. Ad cuius ostia insula est in fronte/Achillis noie. Inter hos terra vastissima, siluis cōsita, paludibus dubia. Hic ergo Gothis morantibus, Vesosis Aegyptiorū rex in bellū irruit: qb⁹ tunc Taunasis rex erat. Quo prǽlio ad Phasim fluuiū a quo Phasides aues exortę, in toto mundo epulis potentū exuberant, Taunasis Gothorū rex Vesosi Aegyptiorū occurrit: eūq́; grauiter debellans, in Aegyptū vsq́; persecutus est: & nisi Nili amnis intransmeabilis obstitissent fluenta, vel munitiones, quas dudum sibi ob incursiones Aethiopū Vesosis fieri prǽcepisset, ibi in eius eū patria extinxisset. Sed dū eū semꝑ ibi positū nō valuisset lędere: reuertēs, pene omnē Asiā subiugauit: & sibi tunc charo amico Sorno regi Medorū ad persoluēdum tributū subditū fecit. Ex cuius exercitu victores tunc nōnulli ꝓuincias subditas contuētes, & in omni fertilitate pollentes, deserto suorū agmine sponte in Asię partibus resederūt. Ex quorū noie vel genere Trogus Pompei⁹ Parthorū dicit extitisse ꝓsapiā. Vnde etiā hodieq́; lingua Scythica fugaces, quod est Parthi dicunt: suoq́; generi respōdentes, inter oēs pene Asię nationes soli sagittarij sunt: & acerrimi bellatores. De noie vero/q́ diximus eos Parthos, id est fugaces, ita aliquāti ęthimologiā traxerunt, vt dicerent Parthi: quia suos refugere parentes. Hūc ergo Taunasim regem Gothorū mortuū inter numina sui populi coluerunt. Post cuius decessum exercitu eius cū successore ipsius in alijs partibus expeditionē gerente, fœminę Gothorū a quadam vicina gente temptatę, in prędāq́; ductę, auiris fortiter restiterūt: hostesq́; super se veniētes/cū magna verecūdia abegerunt. Quæ patrata victoria/fretęq́; maiori audacia, inuicē se cohortantes, arma arripiūt: eligentesq́; duas audaciores Lampeto & Marpesiā principatui subrogarunt. Quæ dū curā gerunt/vt ꝓpria defenderent, & aliena vastarent, sortito Lampeto restitit, fines patrios tuendo. Marsepia vero fœminarū agmine sumpto/nouum genus exercitus duxit in Asiā: diuersasq́; gentes bello superans: alios vero pace concilians, ad Caucasum venit: ibiq́; certū tempus demorans, loco nomē dedit, saxū Marpesię. Vnde Virgilius. Ac si dura silex aut stet Marpesia cautes. In eo loco vbi post hæc Alexander magnus portas constituens, Pilas Caspias nominauit: qđ nunc Lazorū gens custodit, ꝓ munitione Romana. Hic ergo certū tpis Amazones cōmanentes confortatę sunt. Vnde egressę, & Alim fluuiū q̄ iuxta Gargarū ciuitatē prǽterfluit trāseūtes: Armeniā, Siriā, Ciciliāq́;, Galatiā, Pisidiū, oīaq́; Asiæ oppida, ęqua fœlicitate domuerūt: Ioniū, Eoliāq́; conuersę, deditas sibi ꝓuincias effecerūt. Abi diuti⁹ dominātes, etiā ciuitates/castraq́; suo in noie dicauerūt. Ephesi q̄q́; templum Dianæ ob sagittandi/venandiq́; studiū, qbus se artibus tradidissent/effusis opib⁹/mirę pulchritudinis cōdiderūt. Tali ergo Scythiæ gentis fœminæ casu. Asiæ regno potitæ, per centū pene annos tenuerūt: & sic demū ad ꝓprias sotias in cautes Marpesias quas superius diximus repedarūt, in montē scilicet Caucasum. Cuius montis q̄a facta iterū mentio est, nō ab re arbitror eius tractū/situ̅q́; describere, quādo maximā partē orbis noscit circuire iugo cōtinuo. Is nāq́; ab Indico mari surgens/qua meridiē respicit/sole vaporatus ardescit. Qua septentrioni patet rigentibus ventis est obnoxius & pruinis. Mox in Siriā curuato angulo re-

flexus, licet amniũ plurimos emittat, in Asianã tñ regionẽ Eufraten, Tigrinq; na⸗
uigeros ad opinionẽ maximã perenniũ fontium copiosis, fundit vberibus. Qui
amplexantes terras Assiriorum, Mesopotamiã & appellari faciunt/& videri: in si⸗
num maris rubri fluenta deponentes. Tunc in Boream reuertens, Scythicas ter⸗
ras, iugum antefatum magnis flexibus peruagat᷑: atq; ibidem opinatissima flu⸗
mina in Caspiũ mare ꝓfundens, Araxem, Cyllum, & Cambisen continuato iugo
ad Ripheos vsq; montes extendit. Indeq; Scythicis gentibus dorso suo terminum
prębens, ad Pontũ vsq; descendit: consertisq; collibus, Histri q̃q; flueta cõtingit,
quo amnis scissus dehiscens, in Scythia quoq; Taurus vocat᷑. Talis ergo/tantusq;
& pene omniũ montium maximus, excelsas suas erigens summitates naturali con⸗
structione præstat gentibus in expugnanda munimina. Nam locatim recisus, qua
disrupto iugo vallis hiatu patescit: nunc Caspias portas, nunc Armenias, nunc Ci⸗
licas: vel scd'm locum qualis fuerit/facit: vix tamen plaustro meabilis: lateribus in
altitudinẽ vtrinq; directis: qui ꝓ gentiũ varietate diuerso vocabulo nuncupatur.
Hunc enim Iamniũ mox Propanismũ Indus appellat. Parthus primũ castra post
Nifacen edicit. Sirus & Armenius Taurũ, Scythæ Caucasum ac Ripheũ, iterũq;
in fine Taurũ cognominãt: aliaq; complura gentes huic iugo dedere vocabula. Et
quia de eius continuatione pauca libauimus, ad Amazones vnde diuertimus, re⸗
deamus. Quæ veritę ne earũ proles raresceret, a vicinis gentibus concubitũ petie⸗
runt: facta nundina semel in anno, ita vt futuris tẽporibus eis deinde reuertẽtibus
in idipsum, qcquid partus masculini edidisset, patri redderet: quicqd vero fœmi⸗
nei sexus nasceret᷑, mater ad arma bellica erudiret. Siue vt quibusdam placet, editis
maribus/nouercali odio infantis miserandi fata rumpebant: ita apud illas detesta
bile puerperiũ erat, quod vbiq; constat esse votiuũ. Quæ crudelitas illis terrorem
magnũ cumulabat/opinione vulgata: Nam quę rogo spes esset: capto vbi ignosci
vel filio nefas habebatur: Contra has vt fert᷑ pugnabat Hercules, & Melanes pene
plus dolo/q̃ virtute subegit. Theseus vero Yppoliten in prædam tulit: de qua ge
nuit & Yppolitũ. Hę quoq; Amazones post hęc habuere reginã noĩe Penthesileã
cuius Troiano bello extant clarissima documenta. Nam hę fœminæ vsq; ad Ale⸗
xandrum magnũ referunt᷑ tenuisse regnum. Sed ne dicas, de viris Gothorũ sermo
adsumptus, cur in fœminis tã diu perseueret: audi & virorũ insignem & laudabi⸗
lem fortitudinem. Dio historicus, & antiquitatũ diligentissimus inquisitor, qui
operi suo Getica titulum dedit: quos Getas iam superiori loco Gothos esse ꝓba⸗
uimus, Orosio Paulo dicente. Hic Dio regẽ illis post tẽpora multa cõmemorat,
noĩe Telephũ. Ne vero quis dicat hoc nomen a lingua Gothica omnino peregri⸗
num esse, nemo q̃ nesciat animaduerti vsu plęraq; noĩa gẽtis amplecti: vt Romani
Macedonũ, Græci Romanorum, Sarmatę Germanorũ, Gothi plęrũq; mutuãtur
Hunnorum. Is ergo Telephus Herculis filius, natus ex Auge sorore Priami, con⸗
iugio copulatus: ꝓcerus qdem corpore, sed plus vigore terribilis: paternã fortitu
dinem ꝓprijs virtutibus ęquans: Herculis genio: formę q̃q; similitudinem refere
bat. Huius itaq; regnũ Mœsiã appellauere maiores. Quæ ꝓuincia ab oriẽte ostia
fluminis Danubij, a meridie Macedoniam, ab occasu Histriam: a Septentrione
Danubium habet. Is ergo antefatus habuit bellum cum DANAIS: in qua pugna
Thessandrum ducem Greciæ interemit: & dum Aiacem infestus inuadit: Vlixẽq;

Taurus.

Iamniũ forte; Imaum.
Propanisimũ: Forte. paro Iamnius
Propanismus Panisum
Nifacẽ. als: Nifatem.

Hic Amazo⸗ nes ad arma bellica fœmi⸗ nas erudiunt.

Hercules.
Melanes
Theseus
Yppolite
Yppolitus.
Penthesilea
Alexãder Ma gnus

Dio in Getica

Telephus

Telephus Her culis filius
Auge

Mœsia. eiusq; descriptio.

persequit:equo cadente/ ipse corruit: Achillisq; iaculo fœmore sautiatus/ diu me-
deri nequit. Græcos tamen quis iã sautius/ e suis finibus pturbauit. Telepho ve-
Eurypilus rex
ro defuncto, Eurypilus fili⁹ successit in regno: ex Priami Frigũ regis Germana p
genitus. Qui ob Cassandrę amorẽ bello interesse Troiano, ac parentibus/ soceroq;
Cyrus
ferre auxiliũ cupiẽs, mox vt venit extinctus est. Tunc Cyrus rex Persarũ post gran
de interuallũ, & pene post sexcentorũ.xxx.annorũ tempora (Pompeio Trogo te-
Thamiris
stante) Getarũ reginę Thamiri sibi exitiale intulit bellũ. Qui elatus ex Asię victo-
ria, Getas nitit subiugare: quibus, vt diximus, regnauerat Thamiris. Quæ cum ab
Araxis
Araxe amne Cyri arcere potuisset accessus/ transire tñ permisit: eligens armis eum
vincere/ q̃ locorũ beneficio submouere. Quod & factum est: & veniẽte Cyro/ pri
ma cessit fortuna Parthis: tanta, vt & filiũ Thamiris/ & plurimũ exercitum trucida
rent: sed iterato Marte/ Getę cum sua regina Parthos deuictos superãt, atq; psternunt:
opimãq; prędam de eis auferũt: ibiq; primũ Gothorũ gens serica vidẽt ten-
toria. Tũc Thamiris regina acta victoria, tãtaq; pda de inimicis potita/ in ptẽ Me
Minor Scithia
siæ (q̃ nunc ex magna Scythia nomẽ mutuata/ minor Scythia est appellata) trãsiẽs:
ibi in ponte Mœsię colit: & Thamiris ciuitatẽ suo de noĩe ędificauit. Dehinc Dari
Darius Gothorũ regis filiam postulat Antriregerus. alis furore
us rex Persarũ Histaspis filius, Antriregiri regis Gothorũ filiam in matrimoniũ
expostulauit: rogans pariteratq; deterrens, nisi suã peragerent voluntatẽ. Cuius af
finitatẽ Gothi spernentes, legationẽ eius frustrarunt. Qui repulsus, furore flãma-
tus est, & octoginta milia armatorũ contra ipsos pduxit exercitũ: verecũdiam suã
malo publico vindicare contẽdens. Nauibusq; pene a Calcidonia vsq; ad Bizanti
um in instar pontiũ tabulatis ęque consertis, petit Thraciam & Mœsiam. Ponteq;
Pons in Danubio
rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus crebris fatigatus in
taphis octo milia perdidit armatorũ: timensq; ne pons Danubij ab eius aduersa-
rijs occuparet, celeri fuga in Thraciã repedauit: nec Misiæ solum credens sibi tutũ
Xerxes
fore aliquantũ remorandi. Post cuius decessum iterum Xerxes filius eius paternas
iniurias vlcisci se ęstimans, cũ suis ducẽtis, & auxiliatorũ trecentis milib⁹ armatorũ
rostratas naues habẽs mille septingẽtis, & onerarias tria milia, su pGothos pfect⁹
temptare fortè tanta re
ad bellum: nec tẽptare in conflictu præualuit, animositate constãtiæ superatus. Sic
Philippus
nãq; vt venerat, absq; aliquo certamine suo cũ rubore recessit. Philippus q̃q; pater
Medopa Gothila
Alexandri magni cũ Gothis amicitias copulans, Medopã Gothilę filiã regis acce-
pit vxorẽ, vt tali affinitate roboratus, Macedonũ regna firmaret. Qua tempestate
Vdisitana ciuitas
Dio historico dicente, Philippus inopiã pecunię passus, Vdisitanã Mesiæ ciuitatẽ
instructis copijs vastare deliberat. Quæ tunc pter viciniã Thamiris/ Gothis erat
Gothorũ sacerdotes Pij
subiecta. Vnde & sacerdotes Gothorũ aliqui illi q pij vocabant, subito patefactis
portis/ cũ citharis & vestib⁹ candidis obuiã sunt egressi paternis diis, vt sibi ppitij
Macedonas repellerent, voce supplici modulantes. Quos Macedones sic fiducialiter
sibi occurrere contuẽtes/ stupescũt: & si dici fas est, ab inermibus tenent armati.
Nec mora, acie soluta quã ad bellum construxerũt, nõ tñ ab vrbis excidio remo-
uere, verũ etiam & quos foris fuerũt iure belli adepti reddiderũt: fœdereq; inito
ad sua reuersi sunt. Quẽ dolum post longũ tempus reminiscens egregius Gotho-
Sithalcus
rũ ductor Sithalcus.c.l.virorũ milibus congregatis, Atheniẽsib⁹ intulit bellũ, ad-
uersus Perdiccã Macedonię regẽ: quẽ Alexander apud Babiloniã ministri insidijs
potans interitum, Atheniensiũ principatui hæreditario iure reliquerat successorẽ.

Magno prelio cum hoc inito/Gothi superiores inuēti sunt:& sic pro iniuria quā illi in Mœsia dudū fecissent, isti in Grçciā discurrētes/cunctam Macedoniā vasta uere. Dehinc regnāte in Gothis Sithalco/Boroista Dicene⁹ venit in Gothiā:quo tpe Romanorū Silla potitus est principatu:quē Diceneus suscipiens Boroista, dedit ei pene regiā potestatē: cuius cōsilio Gothi Germanorū terras (quas nūc Franci obtinent) depopulati sunt. Cęsar vero qui sibi prim⁹ oīm Romanū vendicauit imperiū, & pene oēm mundum suę ditioni subegit, oīaq; regna pdomuit: adeo vt extra nostrum orbē Oceani sinu repositas insulas occuparet: & q nec nomē Romanorū auditu qdem nouerāt/eos Romanis tributarios faceret: Gothos tñ crebro temptās/nequit subigere. Gaius Tiberius iā tertius regnat Romanis: Gothi tamen suo regno incolumes perseuerant. Quibus hoc erat salubre aut comodum aut votiuū/vt quicquid dici Diceneus eorū Consiliarius præcepisset, hoc modis omnibus expetēdum, hoc vtile iudicātes/effectui manciparent. Qui cernens eorū animos sibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingeniū/oēm pene philosophiā eos instruxit:erat.n.huius rei magister. Nam Ethicā eos erudiuit/vt Barbaricos mores ab eis cōpesceret. Physicā tradens, naturaliter ppriis legibus viuere fecit:quas vsq; nunc cōscriptas Bellagines nuncupāt. Logicā instruens, eos ratiōis supra cęteras gentes fecit expertos. Practicen ostendens, in bonis actibus cōuersari suasit. Theoricen demōstrās, signorū duodecim/ & per ea Planetarū cursus, omneq; Astronomiā contēplari edocuit:& quomodo Lunaris orbis augmentū sustinet, aut patit̄ detrimentū edixit:solisq; globus igneus q̄ptum terrenū orbem in mensura excedat/ostendit:aut quibus nominibus, vel quibus signis in cœli polo vergētes, aut reuergētes, ccc.xliiij. stellę ab ortu in occasum pcipites ruant/ exposuit. Qualis erat rogo voluntas/vt viri fortissimi qñ ab armis quadriuiū vsq; vacassent, doctrinis philosophicis induebant̄, videres vnū cœli positionē/alium herbarum, frugūq; explorare naturas: istum lunæ comoda/incomodaq;, illum solis laborē attendere:& quō rotatu cœli raptus, retroreduci ad partem occiduā: qui ad orientalem plagā ire festinarit ratione accepta quiescere. Hæc & alia multa Diceneus Gothis sua peritia tradens, mirabilis apud eos inuenit̄:vt non solum mediocribus, imo & regibus imperaret. Elegit namq; ex eis tunc nobilissimos prudentiores viros, quos Theologiā instruens/numina quędam & sacella venerari suasit: fecitq; sacerdotes, nomē illis Pilleatorū cōtradens: vt reor, quia opertis capitibus Thiaris, quos Pilleos alio nomīe nūcupamus, litabant: reliquā vero gentē Capillatos dicere iussit:qđ nomen Gothi pro magno suscipientes, adhuc hodie suis cautionibus reminiscitur. Decedente vero Diceneo/ pene pari veneratione habuere Comosicū:quia nec impar erat solertia. Hic etenim & Rex illis/& Pontifex ob suā peritiā habebat̄:& in sua iusticia populos iudicabat:& hoc rebus excedente humanis. Corillus Rex Gothorū in regnū conscendit:& per.xl.annos in Dacia suis gentibus imperauit. Daciam dico antiquā: quā nunc Gepidarū populi possidere noscunt̄. Quæ patria in conspectu Mœsię sita trans Danubiū corona montiū cingit̄: duos tñ habens accessus, Vnum per Bontas, alterū per Tabas. Hanc Gothiā quā Daciā appellauere maiores (quæ nunc vt diximus, Gepida dicit̄) tunc ab Oriēte Aroxolani, ab Occasu Tamazites, a Septentrione Sarmate & Bastęue, a Meridie

Borista Diceneus.
Silla
Germani
Franci
Iulius Cæsar

Tiberius Cęs.

Q: Gothi philosophia docti fuerint
Bellagines

Pilleati
Thiare
Capillati

Comosicus
Corillus.
Dacia.
Gepidę
Bontæ
Tabę
Gothia
Dacia.
Gepida
Aroxolani.
Tamazites
Tarmatę
Bastene

Danubius: De Danubio flumine Danubius in Alamania oritur

amnis Danubij fluenta terminant. Tamazites ab Aroxolanis Alueo tm̄ fluuio segregant. Sed quia Danubij mentio facta est, non ab re iudico pauca de tali amne egregia indicare. Nam hic in Almanicis aruis exoriens. lx. habet a fonte suo flumina vsq; ad ostia in Pontū vergentia per mille ducentorū passuū milia hincinde suscipiens flumina in modum spinæ quæ costas vt cratem intexunt, omnino amplissimus est: qui in lingua Bessorū Hister vocatur. ducentis tm̄ pedibus in altū aquā alueo habet profundam. Hic etenim amnis inter cętera flumina immanis, omnes superat præter Nilum. Hæc de Danubio dixisse sufficiat. Ad ꝓpositū vero vnde nos digressi sumus, adiuuante domino, redeamus. Longum namq; post interuallum, Domitiano Imperatore regnante, eius auariciā metuentes/ fœdus quod dudum cum alijs principibus pepigerant Gothi soluentes, ripam Danubij iā longe possessam ab Imperio Romano, deiectis militibus cū eorum ducibus vastauerunt: cui ꝓuincię tunc post Agrippā Pompeius præerat Sabinus. Gothis aūt Dorpaneus principatū agebat quando bello cōmisso Gothi Romanis deuictis, Pompeij Sabini capite absciso/multa castella & in ciuitates inuadentes de parte Imperatoris publice deprædarunt: qua necessitate suorū Domician⁹ cū omni virtute sua Illyricū properauit: & totius pene rei publicę militibus ductore Fusco prælato cū electissimis viris amnem Danubiū consertis nauibus ad instar pontis transmeare coegit, super exercitū Dorpanei. Tum Gothi haud segnes reperti, arma capessunt: primoq; armati conflictu, mox Romanos deuincunt: Fuscoq; duce extincto, diuitias de castris militū despoliant: magnaq; potiti per loca victoria, iam ꝓceres suos quasi qui fortuna vincebant, non puros homines/sed semideos idem Anses vocauere. Quorum genealogiā vt paucis percurram, vt quō quis parente genitus est, aut vnde origo accepta, vbi finē efficit, absq; inuidia q̄ legis vera dicentē ausculta. Horum ergo (vt ipsi suis fabulis ferunt) primus fuit Gapt, qui genuit Halmal: Halmal vero genuit Augis: Augis genuit eum qui dictus est Amala, a quo & origo Amalorū decurrit. Et Amala genuit Isarna: Isarna autem genuit Ostrogotha: Ostrogotha genuit Vnilt: Vnilt genuit Athal: Athal genuit Achiulf: Achiulf genuit Ansilā & Ediulf, Vuuldulf & Hermerich: Vuldulf vero genuit Valerauans Valerauans aūt genuit Vuinitharīū: Vuinithari⁹ q̄q; genuit Theodemir & Vualamir & Vuidemir: Theodemir genuit Theodericū: Theodericus genuit Amalsuentam: Amalsuenta genuit Athalaricū & Matesuentā, de Vtherico viro suo cui⁹ affinitati generis sic ad eam cōiunctus est. Nā supradictus Hermericus filius Achiulfi genuit Hunnimundum: Hunimundus aūt genuit Thorismundum: Thorismūdus vero genuit Berimund: Berimund genuit Vuidericū: Vuidericus genuit Eutharicū: qui coniunctus Amalasuente genuit Athalaricū & Mathesuentā. Mortuoq; in puerilibus annis Athalarico, Mathesuente Vuidichis est sociatus. de quo non suscepit liberū: adductiq; simul ad Bellisariū in Cōstātinopolim: & Vuitichis rebus excidēte humanis, Germanus Patricius fratruelis domini Iustiniani Imperatoris eandem in coniugio sumens/ Patriciā ordinariam fecit. De qua filiū genuit item Germanū nomine. Germano vero defuncto/ipsa vidua perseuerare disponit. Qualiter aūt aut quomodo Amalorū regnum destructum est, loco suo (si dn̄s voluerit) edocemus. Nunc aūt ad id vnde digressum fecimus/redeamus: do

Bessi Hister

Domicianus

Agrippa Pom. Sabinus Dorpaneus

Fuscus

Anses Gothorū genealogia Gapt Halmal Augis Amala Isarna: Ostrogotha Vnilt Athal Achiulf Ansila Ediulf Vuuldulf Hermerich Valerauans Vuinitharius. Origo Theoderici regis Theodemir Vualamir Vuidemir Theodericus: Amalesuenta Athaloricus Mathesuenta, Vtericus Hunimundus Thorismūdus Berimundus Vuidericus Eutaricus Vuidichis Bellisarius Germanus patricius Germanus filius

ceamusq; quando ordo gentis vnde agimus cursus sui metam expleuerit. Ablaui⁹ enim historicus refert, quia ibi super lymbũ Ponti vbi eos diximus in Scythia cõmanere: pars eorũ qui orientalem plagã tenebant, eisq; præerat Ostrogotha, vtrũ ab ipsius noĩe/an a loco orientali dicti sunt Ostrogothæ: residui vero Vesegothæ in parte occidua. Et q̃dem iam sicut diximus/eos transito Danubio aliquantũ tẽporis apud Mœsiam, Traciamq; duxisse. Ex eorũ reliquis fuit & Maximinus Imperator: post Alexandrũ Mameam (vt dicit Symachus in quinto suę historię lib.) Alexãdro inquit Cęsare mortuo, Maximinus ab exercitu factus est Imperator: ex infimis parẽtibus in Tracia natus: a patre Gotho nomĩe Mecca: matre Alana quę Ababa dicebat. Is trienniũ regnãs/dum in Christianos arma cõmoueret, imperiũ simul & vitam amisit. Nam hic Seuero Imperatore regnãte, & natalem filij diem celebrãte, post primã ętatem & rusticã vitam de pascuis in militiã venit. Princeps Seuerus q̃dem militares dederat ludos. Quod cernens Maximinus qui erat semibarbarus adolescens, positis præmijs/barbara lingua petit ab Impatore vt sibi luctandi cum militibus licentiã daret. Seuerus admodum miratus magnitudinẽ formæ: erat enim (vt fert) statura eius ꝓcera vltra octo pedes: iussit eum cũ lixis corporeo nexu contẽdere nequid a rudi hoĩe militaribus viris veniret iniuriæ. Tunc Maximinus sedecim lixas tanta fœlicitate ꝓstrauit/vt vincẽdo singulos, nullam sibi requiẽ intercapedine temporũ daret. Hic captis præmijs/ iussus est in militiam mitti: primaq; ei stipendia equestria fuere. Tertiã post diem cũ Imperator ꝓdierat in campũ, vidit eum exultantẽ more barbarico: iussitq; tribuno vt eum coercitum ad Romanã imbueret disciplinã. Ille vero vbi de se intellexit principẽ loqui, accessit ad eũ, equitanteq; pręire pedibus cœpit. Tum Imperator equo adiecto in cursum calcaribus incitatũ, multos orbes huc atq; illuc vsq; ad suã fatigationem varijs inflexibus interpedauit: ac deinde ait illi: Nunquid vis post cursum Traciscæ luctari. Respondit, quantũ libet Imperator. Ita Seuerus ex equo dissiliẽs, recentissimos militũ cũ eodẽ certare iussit. At ille septẽ valẽtissimos milites ad terrã elisit: ita vt antea nihil per interualla respiraret, solus a Cęsare & argẽteis præmijs, & aureo torque donatus est: iussus deĩde inter stipatores degere corporis principalis. Post hęc sub Antonino caracalla ordines duxit: ac sępe famãfactis extẽdens inter plures militiæ gradus, centuriasq; strenuitatis suæ preciũ tulit. Macrino tamen postea in regnũ ingresso/recusauit militiã pene trienniũ/tribunatusq; habẽs honorẽ, nunq̃ se oculis obtulit Macrini/indignũ ducens eius imperiũ/q̃ perpetratũ facinus erat quæsitũ ab Heliogabalo. Dehinc quasi ad Anthonini filiũ reuertẽs tribunatũ suũ adijt: & post hunc sub Alexandro Mamea contra Parthos mirabiliter dimicauit. Eoq; Mogontiaco militari tumultu occiso, ipse exercitus electione absq; Senatus consultu effectus est Imperator: qui cuncta bona sua in Christianorũ persecutione malo voto fœdauit: occisusq; Aquileia a Pupione/regnũ reliq̃t Philippo. Quod nos idcirco huic opusculo de Symmachi historia mutuauimus, quatenus gentem vnde agimus, ad regni Romani fastigiũ vsq; venisse doceamus. Cęterũ causa exigit, vt ad id vnde digressi sumus/redeamus. Nam gens ista mirum in modum in ea parte qua versabatur, id est Ponti in littore Scythiæ soli innotuit: sine dubio tanta spacia tenens terrarũ, tot sinus maris, tot fluminum cursus: sub cuius sępe dextra

Ablauius

Ostrogotha
Ostrogothæ
Vesagothę
Q. Maximinus Imperator ex Gothis duxit originẽ
Symachus

Meta.
Ababa

Seuerus Cęs.

Nota

Anthoninus Caracalla
Macrino Cęs.

Vuandalus
Marcomanus
Quadus
Philippus Phi
lippi Cæs.

Vuandalus iacuit:stetit sub precio Marcomannus:Quadorū principes in seruitu-
tem redacti sunt.Philippo nāq; antedicto regnante Romanis:qui solus ante Con
stantinum Christianus cum Philippo idem filio fuit:cuius & secūdo anno regni
Romani millesimū annū expleuit:Gothi,vt assolet,distracta sibi dispēdia sua ferē-
tes egre de amicis facti sunt inimici.Nam q̄uis remoti sub regibus viuerent suis,
reipublicæ tamen Romanæ fœderati erant,& annua munera percipiebant.Quid
multa?Transiēs tunc Ostrogotha cum suis Danubiū,Mœsiam,Traciamq; vasta

Ostrogotha
Mœsia
Tracia
Decius

uit:ad quem repellendum Decius senator a Philippo dirigitur:qui veniens dum
genti nihil præualet/milites proprios exemptos a militia fecit vita priuata degere:
quasi eorum neglectu Gothi Danubiū transissent:factaq; vtputa in suis vindicta,
ad Philippum reuertit.Milites vero videntes se esse post hos labores militia pul-
sos,indignati ad Ostrogothę regis Gothorū auxiliū cōfugerūt.Qui excipiēs eos,
eorūq; verbis accensus,mox triginta milia virorum armata produxit ad prælium

Taphili
Astringi
Carpi

adhibitis sibi Thaphilis & Astringis nonnullis.Sed & Carporum tria milia ge-
nus hominum ad bella nimis expeditum,qui sępe Romanis infesti sunt:quos ta-

Diocletianus.
Ga.Maximus
Gothi
Peliceni.
Argaitus
Guntherieus

men post hæc imperante Diocletiano,Galerius maxim⁹ Cæsar de ciuitate reipub
licæ Romanę subiecit.Is ergo habens Gothos & Pesicenos ab insula paucis qui in
ostio Danubij ponto mergenti adiacēt Argaitum & Gunthericum nobilissimos
suæ gentis præfecit ductores.Qui mox Danubium vadati,& secundo Mœsiam

Marcianopo
lis

populati,Macrianopolim eiusdem patriæ vrbem famosam metropolim egredi-
untur:diuq; obsessam,accepta pecunia ab his qui inerāt/reliquere.Et quia Macri
anopolim nominauimus,libet aliqua de eius situ breuiter intimare:Nam hanc vr

TraianusCę:
Ciuitas Mar/
cianopolis

bem Traianus Imperator hac re ædificauit,vt fert,eo q̄ Marciæ sororis suæ pu-
ella dū lauat in flumine illo:quod nimię limpiditatis saporisq; in media vrbe ori-
tur/pota cognominato:exindeq; vellet aquam haurire,casu vas aureum quod fe-
rebatur in profundum cecidit/metalli pondere grauatum:& longe post emersit:
quod certe non erat vsitatum,aut vacuum sorberi:aut certe semel voratum vndis
respuentibus renatare.His Traianus sub ammiratione campestris/fontiq; numi-
nis quiddam inesse credens,conditam ciuitatem Germanę suæ in nomine Marcia
nopolim nominauit.Ab hinc ergo vt dicebamus post longam obsidionē accepto

Geta
Gepidę

premio ditatus Geta,recessit ad patriā:quem Gepidarū cernēs natio subito vbiq;
vincentem,prædisq; ditatum,inuidia ductus,arma in parētes mouet.Quomodo
vero Gethę/Gepideq; sint parentes si queris,paucis absoluam.Meminisse debes
me initio de Scanziæ insulæ gremio Gothos dixisse egressos cum Berich suo re-
ge,tribus tm̄ nauib⁹ vectos ad citerioris Oceani ripam:quarū trium vna nauis,vt

Gepanta

assolet,tardius nacta/nomē genti fertur dedisse:nam lingua eorū pigra Gepanta
dicitur.Hinc factum est/vt paulatim & corrupte nomen eis ex cōuiuio nasceretur.
Gepidæ namq; sine dubio ex Gothorum prosapia ducunt originem:sed quia,vt
dixi,Gepanta pigrum aliquid/tardumq; signat,pro gratuito conuiuio Gepida-
rum nomen exortum est:quod nec ipsum credo falsissimum:sunt enim tardioris
ingenij:grauiores corporū velocitate.Hi ergo Gepidę tacti inuidia,dudum spre-

Viscla forte
Vistula
Gens Viuida/
ria

ta prouincia/cōmanebant in insula,Viscle amnis vadis circumacta:quam pro pa-
trio sermone dicebant Gepidos,Nunc eam,vt fertur,insulam gens Viuidaria in-

colit, ipsis ad meliores terras meatibus. Qui Viuidarij ex diuersis nationibus ac si in vnum consiliū collecti sunt: & gentem fecisse noscuntur. Ergo (vt dicebamus) Gepidarum rex Fastida, qui etiam gentes excitans/ patrios fines per arma dilatauit. Burgunziones pene vsq; ad interfectionē deleuit: aliasq; nōnullas gentes perdomuit. Gothos quoq; male prouocans. cōsanguinitatis fœdus prius inportuna contestatione violauit: superbaq; admodum elatione iactatus, crescenti populo dū terras cępit addere/ īcolas patrias reddidit rariores. Is ergo misit legatos ad Ostrogotham: cuius adhuc imperio tā Ostrogothę/ q̄ Vesegothæ, id est eiusdem gentis populi subiacebant, inclusum se montiū quęritans asperitate, syluarumq; densitate constrictum. Vnum poscens e duobus: vt aut bellum sibi, aut locorum suorū spacia præpararet. Tunc Ostrogotha rex Gothorū (vt erat solidi animi) respondit legatis bellum se quidem tale horrere: durumq; fore, & omnino scelestum armis confligere cum propinquis: loca vero nō cedere. Quid multa? Gepidę in bella irruunt: contra quos ne nimium iudicarent/ mouit & Ostrogotha procinctum conueniuntq; ad oppidum Galtis: iuxta quod currit fluuius Ancha: ibiq; magna partium virtute certatum est. quippe quos in se & armorum/ & pugnæ similitudo commouerat: sed causa melior/ viuaxq; ingeniū iuuat Gothos: inclinata deniq; parte Gepidarum, prelium mox dirimitur. Tunc relicta suorum strage/ Fastida rex Gepidarum properauit ad patriam: tam pudendus opprobrij humilitatus, q̄ fuerat elatione erectus. Redeunt victores Gothi Gepidarum descensione cōtenti: suaq; in patria nostri in pace versantur vsq; dum eorum præuius existeret Ostrogotha. Post cuius decessum Cniua exercitum diuidens in duas partes: nōnullos ad vastandum Mœsiam dirigit: sciens eam negligentibus principibus defensoribus destitutam. Ipse vero cum septuaginta milibus ad Eustesium, id est Nouas conscendit: vnde a Gallo duce remotus. Nicopolim accedit: quæ iuxta Iatrum fluuiū est constituta. Notissima: quoniam deuictis Sarmatis/ Traianus eam fabricauit, & appellauit victoriæ ciuitatem: vbi Decio superueniente Impatore/ tandem Cniua in Hemoniæ partes quæ non longe aberat/ recessit: inde apparatu disposito/ Philippolim ire festinans. Cuius secessum Decius Imperator cognoscens, & ipsius vrbi ferre subsidium gestiens, iugo montis transacto/ ad Beroam venit. Ibiq; dum eq̄s/ exercitūq; lassum refoueret, ilico Cniua cū Gothis ī modū fluminis ruit: vastatoq; romano exercitu/ Impatorē cū paucis q fugere querant ad Tusciā, rursus trās alpes in Mœsiam perturbauit: vbi tunc Gallus dux militis cū plurima manu bellantium morabatur. Collectoq; tam exinde/ q̄ de Toste exercitu futuri belli reparat aciem: Cniua vero diu obsessam inuadit Philippopolim, prædaq; potitus, Priscum ducem qui inerat sibi fœderauit, quasi cum Decio puguaturū. Venientesq; ad conflictum, ilico Decij filium sagitta sautiū, crudeli vulnere confodiunt. Quod pater animaduertens, licet ad confortandos animos militum dixisse fertur: Nemo tristetur: perditio vnius militis non est rei publicæ diminutio: tamen paternū effectum nō ferens, hostes inuadit, aut mortem/ aut vltionem filij exposcens: veniensq; abruto Mœsiæ ciuitatem, circumspectus a Gothis/ & ipse extinguitur: imperij finem/ vitæq; terminum faciens. Qui locus hodieq; Decij ara dicitur: eo q̄ ibi ante pugnam miserabiliter idolis immolaret. Defuncto tunc Decio/ Gallus & Volusi

Fastida rex Gepidarum: Burgūziones: Ostrogotha Galcis oppidū Ancha Fastida rex Cniua Eustesium Nouæ Gallus dux Nicopolis Iater fluuius Sarmatæ Decius Cęsar Hemonia Philippolis Beroa. Tuscia Priscus dux. Filius Decij occidit a Gothis Decius occidītur Decij ara Gallus & Volusianus

anus regno potiti sunt Romanorũ: quando & pestilens morbus pene istius necef
sitatis consimilis/vt nos ante hos nouem annos experti sumus, faciem totius orbis

Alexandria: Aegyptus Diony. Histo.

fœdauit: supra modum quoq; Alexandriã, totiusq; egypti loca deuastans, Diony
sio historico super hanc cladem lachrymabiliter exponente: quam & noster cõscri
psit venerabilis martyr christi episcopus Ciprian⁹ in libro cuius titulus est de mor

Ciprianus Aemilianus

talitate. Tunc & Aemilianus quidam Gothis sępe ob principũ negligentiã Mœsi
am deuastantibus/vt vidit licere nec a quoquã sine magno reipublicę dispẽdio re
moueri, similiter suæ fortunę arbitratus posse euenire: tyrannidem in Mœsiã arri
puit, omniq; manu militari ascita/cœpit vrbes & populos deuastare. Contra quę
intra paucos menses multitudo apparatus accrescens/non minimũ incommodum
rei publicæ parturiuit: qui tamen in ipso pene nefario conatus sui initio extinctus,
& vitam/& imperium quod inuadebat amisit. Supradicti vero Gallus & Volusi
anus Imperatores q̃uis vix biẽnio in imperio perseuerãtes ab hac luce migrarint,
tñ ipso biennio quo affuere, vbiq; pacati, vbiq; regnauere gratiosi: ꝓpterq; quod
vnum eorum fortunę reportatũ est, id est generalis morbus: sed hoc ab imperitis
& calumniatoribus qui vitam solent aliorũ dente maledico lacerare. Hi ergo mox
vt imperium adepti sunt: fœdus cum gente Gothorũ pepigere: & nec longo inter

Gallienus Imperator. Respa. Veduco duces Gothorum Thuro Varo Hellespontus. Ephesi Dianæ templum Bithinia Calcedonia Cornelius Q; Gothi partes Asię deuastassent Troia vastat secũdo Tracia Hemus mons Anchialos vrbs Sardanapalus Vbi aquas calidas iuenerũt Anchalitana ciuitas

uallo vtrisque regibus occũbentibus/Gallienus arripuit principatũ: quo in omni
lasciuia resoluto Respa & Veduco/Thuro Varoq; duces Gothorũ sumptis naui
bus Asiã transiere, fretũ Hellesponticũ trãsuecti: vbi multis eius ꝓuincię ciuitatib⁹
populatis, opinatissimũ illud Ephesi Dianę templũ quod dudũ dixeramus Ama
zonas condidisse, igne succendunt: partibus Bithinæ delati/Calcedoniã subuerte
re: quam post Cornelius a vicijs aliqua parte reparauit. Quæ hodieq; q̃uis regiæ
vrbis ciuitate congaudeat/signa tamen suarũ ruinarum aliquãta ad inditia retinet
posteritatis. Hac ergo fœlicitate Gothi qua intrauere ꝑtibus Asiæ præda spolioq;
potiti, Hellesponticũ fretum retransmeant, vastantes in itinere suo Troiam/Iliũq;
quæ vix a bello illo Agamẽnoniaco aliquãtulũ respirãtes, rursus hostili mucrone
deletæ sunt. Post Asiæ ergo tale excidium Tratia eorum experta est feritatẽ. Nam
ibi ad radices Hemi mõtis mari vicina Anchialos ciuitatẽ aggressi: mox adeunt vr
bem, quã dudum Sardanapalus rex Parthorũ intra limbum maris & Hemi radi
ces locasset. Ibi enim multis ferunt̃ mansisse diebus: calidarũ aquarum delectati la
uacris: quæ a q̃ntodecimo miliario Anchalitanæ ciuitatis sunt sitæ: ab imo sui fon
tis igni scaturiẽtes: & inter reliqua totius mundi thermarũ innumerabiliũ loca om
nino præcipue ad sanitatem infirmorũ efficacissimę. Exinde ergo ad ꝓprias sedes

Maximianus Cęsar Narseus rex

regressi. Post hæc a Maximiano Imperatore ducunt̃ in auxilia Romanorũ contra
Parthos rogati: vbi datis auxiliarijs/fideliter decertati sunt. Sed postq̃ Cęsar Ma
ximianus pene cum eorum solatio Narseum regem Persarũ saporis magni nepo

sapor magnus Achilles Diocletianus: Quinquengentiani

tem fugasset, eiusq; omnes opes, simulq; vxores & filios deprędasset, Achillemq;
in Alexãdria cũ Diocletiano superasset, & Maximian⁹ Herculius in Africa Quin
quãgẽtianos attriuisset/pacem rei publicæ nacti, cœpere quasi Gothos negligere.

Gothos a Cõstãtio iuitatos Licinius Thessalonica

Nam sine ipsis dudum contra quasuis gentes Romanus exercitus difficile decer
tatus est. Apparet namq; frequenter quomodo inuitabãtur, sicut & sub Constan
tino rogati sunt: & contra cognatum eius Licinium arma tulere: eumq; deuictum
& Thessalonica clausum, priuatum ab imperio, Constantini victoris gladio truci

dare.Nam & dum famosissimã & Romæ emulam in suo nomine condiderit ci-
uitatem, Gothorum interfuit operatio: qui fœdere inito cum Imperatore.xl. suo-
rum milia illi in solatia contra gentes varias obtulere. Quorũ & numerus & milia
vsq; ad præsens in republica nominatur, id est fœderati. Tunc etenim sub Aria-
rici & Aorici regum suornm florebant imperio. Post quorum decessum successor
regni extitit Geberich/virtutis & nobilitatis eximiæ. Nam is Helderich patre na-
tus: auo Ouida: proauo Cniuida, gloriam generis sui factis illustribus exæquauit
primitias regni sui mox in Vuandalica gente extendere cupiens cõtra Visumar eo
rum regem: qui Asdingorũ stirpe quæ inter eos eminet, genusq; indicat bellico-
sissimum, Deuxippo historico referente: qui eos ab Oceano ad nostrum limitem
vix in anni spatio peruenisse testatur præ nimia terrarũ immensitate. Quo tempo-
re erant in eo loco manentes/ vbi nunc Gepidæ sedent: iuxta flumina Marisia, Mi
liare & Gilfil, & Grissia, qui amnes supradictos excedit. Erant namq; illis tunc ab
oriente Gothi: ab occidente Marcomanni: a septentrione Ermũduli: a meridie Hi
ster: qui & Danubius dicit̃. Hic ergo Vuandalis cõmorãtibus, bellum indictum
est a Geberich rege Gothorũ: ad littus prædicti amnis Marisiæ: vbi tunc diu cer-
tatum est ex ęquali. Sed mox ipse rex Vuandalorũ Vuisimar magna cũ p̃te gentis
suę ꝓsternit̃. Geberich vero ductor Gothorum eximius superatis/ deprædatisq;
Vuandalis, ad propria loca vnde exierat/remeauit. Tunc perpauci Vuandali qui
euasissent, collecta imbellium suorũ manu, infortunatã patriam relinquẽtes/Pan-
noniam sibi a Constãtino principe petiere: ibiq; per.xl. annos plus minus sedib⁹
locatis, Imp̃atorũ decretis vt ĩcolæ famularũt. Vñ etiã post longũ ab Stilicõe ma-
gistro militũ, & ex cõsule ac Patricio ĩuitati Gallias occupauere: vbi finitimos dep̃
dantes nõ adeo fixas sedes habuere. Nã Gothorũ rege Geberich reb⁹ excidẽte hu
manis, post tp̃is aliqđ Ermanaric⁹ nobilissim⁹ Amalorũ in regno successit: q mul
tas & bellicosissimas Arctoi gentes p̃domuit: suisq; parere legibus fecit. Quẽ meri
to nõnulli Alexãdro magno cõparauere maiores. Habebat siqdem q̃s domuerat,
Gothos, Scythas, Thuidos in Aunxis, Vasinabrõcas, Merens, Mordẽsimnis, Ca-
ris, Rocas, Tadzãs, Athual, Nauego, Bubegẽtas, Coldas: & cũ tantorũ seruitio ca
rus haberet̃, nõ passus est/nisi & gentẽ Erulorũ qbus p̃erat Alaricus/ magna ex
parte trucidatã/reliqua suæ subigeret ditioni. Nam p̃dicta gens (Ablauio histori
co referẽte) iuxta Meotidas paludes habitãs in locis stagnãtibus quas Græci Ele
vocãt/Eruli noĩati sunt: gẽs quãto velox/eo amplius sup̃bissima. Nulla siqdẽ erat
tunc gẽs quę nõ leuẽ armaturã in acie sua ex ipsis elegerint. Sed q̃uis velocitas eo-
rũ ab alijs sępe bellantibus nõ euacuaret̃, Gothorũ tñ stabilitati subiacuit & tardi-
tati: fecitq; causa fortunę/vt & ipsi inter reliquas gentes Getharũ regi Ermanarico
seruiuerĩt. Post Erulorũ cedẽ idẽ Ermanaricus in Venetos arma cõmouit: q q̃uis
armis dispiti, sed numerositate pollẽtes, prĩo resistere conabant̃: sed nihil valet mul
titudo in bello, p̃sertim vbi & de⁹ p̃mittit, & multitudo armata aduenerit: nã hi vt
initio expositiõis vel cathalogo gẽtis dicere cœpim⁹, ab vna stirpe exorti, tria nunc
nomina reddidere: id est Veneti, Antes, Sclaui: qui q̃uis nunc ita facientibus, pec
catis nostris vbique deseuiunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperijs seruiere.
Astrorum quoq; similiter nationem qui longissima ripa Oceani Germanici insi-

Gothi fœderati
Ariaricus.
Aoricus
Helderich.
Ouida
Cniuida
Vuandali
Visumar rex
Asdingi
Deuxippus
Gepidæ
Marisia.
Miliare
Gilfil
Grissia
Gothi.
Marcomanni
Ermunduli.
Hister.
Gothi Vuandalos superant
Vuandali in Pannoniam.
Stilico.
Vuandali Gallias occupauere
Ermanaricus rex
Amali
Alexander. M
Gothi.
Scythæ
Thuidę.
Inaunxis
Vasinaboricas
Merens
Mordẽsimnis
Caris
Rocas
Tadzans
Athual
Nauego.
Bubengentas
Coldas
Vbi Eruli habitant.
Ele
Veneti
Antes
Sclaui.
Nota de Germania
Astri.

dent, idem ipse prudentiæ virtute subegit, omnibusq; Scythiæ & Germaniæ nationibus ac si pprijs laboribus imperauit. Post aût non longi tpis interuallū, vt refert Orosius, Hunnorū gens omni ferocitate atrocior exarsit in Gothos. Nā hos, vt refert antiquitas, ita extitisse comperimus: Filimer rex Gothorum, & Gādarici magni filius: qui post egressum Scanziæ insulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum: qui & terras Scythicas cum sua gēte introisset: sicut a nobis dictum est, reperit in populo suo quasdam magas mulieres quas patrio sermōe Aliorūnas is ipse cognominat: easq; habēs suspectas, de medio sui perturbat: longeq; ab exercitu suo fugatas, in solitudinē coegit terræ. Quas spiritus īmundi per heremū vacantes dum vidissent, & earū se complexibus in coitu miscuissent: genus hoc ferocissimū edidere: quod fuit primū inter paludes minutū, tetrum atq; exile, quasi hominū genus: nec alia voce notū / nisi quæ humani sermonis imaginē assignabat. Tali ergo Hunni stirpe creati: Gothorū finibus aduenere. Quorum natio sęua, vt Priscus historicus refert, in Mœotida palude vlteriorē ripam insedit: venatiōe tm̄ nec alio labore experta / nisi q̄ postq; creuisset in populis fraudibus & rapinis vicinam gentē conturbauit. Huius ergo, vt assolent, venatores dum in vlteriori Meotidis ripa venationes inquirere animaduertunt, quomodo ex inprouiso cerua se illis obtulit: ingressaq; palude nunc pgrediens / nunc subsistens, indicem se viç tribuit. Quam secuti venatores, paludem Meotidem quā inperuiā vt pelagus estimabant, pedibus transiere. Mox quoq; vt Scythica terra ignotis apparuit / cerua disparuit. Quo credo spiritus sunt illi vnde pgeniem trahunt ad Scytharum inuidiā id egere. Illi vero qui præter Meotidem paludem aliū mūdum esse penitus ignorabant, admiratione inducti, terræ Scythię, & vt sunt sollertes, iter illud nulli ante hanc ętatem notissimū / diuinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei gestū edicunt: Scythiam laudant: persuasaq; gente sua / viam quam cerua indice didicere, ad Scythiam pperant: & quantoscūq; prius in ingressu Scytharum habuere, litauere victoriæ: reliquos perdomitos subegere. Nam mox ingentē illam paludē transiere: ilico Alipzuros, Alcidzuros, Itamoros, Tuncasos, & Boistos, qui ripæ istius Scythię insidebant, quasi q̄dam turbo gentiū rapuere. Alanos q̄q; pugna sibi pares, sed humanitatis victu formaq; dissimiles, frequenti certamine fatigantes subiugauere. Nam & quos bello forsitan minime superabant / vultus sui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate fugabant, eo q̄ erat eis species pauēda nigredine: sed velut quędam (si dici fas est) deformis, offa non facies, habensq; magis puncta q̄ lumina. Quorū animi fiduciā toruus pdit aspectus: qui etiam in pignora sua primo die nata desęuiunt. Nam maribus ferro genas secant, vt anteq; lactis nutrimenta percipiant / vulneris cogant̄ subire tolerantiā. Hinc imberbes senescūt, & sine venustate ephebi sunt: quia facies ferro sulcata / tempestiuam pilorum gratiam cicatrices absumit. Exigui quidem forma, sed arguti / motibus expediti: & ad equitandum promptissimi: scapulis latis, & ad arcus / sagittasq; parati: firmis ceruicibus, & in superbia semper erecti. Hi vero sub hominum figura viuunt beluina seuitia. Quod genus expeditissimum, multorumq; nationum grassatorem Gethæ vt viderunt / expauescunt: suoq; cū rege deliberant qualiter se a tali hoste subducāt. Nam Ermanaricus rex Gothorum licet (vt superius retulimus) multarum genti-

Genealogia Hunnorum Gaijdaricus

Hic Filimer Gothorū rex in Scytham venit. Alraun Aliorumnę.

Priscus histo.

Alipzuri Alcidzurj Itamari Tuncassij Boisti. Alani

vbi maribus genas secant

De qualitate & quantitate eorum

um extiterit triumphator, de Hunnorum tamen aduentu dum cogitat/ Roſomorum gens infida quæ tũc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum nanciſcitur occaſione decipere. Dum enim quandam mulierẽ Sumelch nomine ex gente memorata pro mariti fraudulento diſceſſu rex furore commotus, equis ferocibus illigatam, incitanſqꝫ curſibus/ per diuerſa diuelli præcepiſſet, Ermanaricus rex percutitur: fratres eius Sarus & Amnius Germanę obitum vindicãtes/ Ermanarici latus ferro petierũt: quo vulnere ſaucius egram vitam corporis inbecillitate contraxit. Quam aduerſam eius valitudinem captans Balamir rex Hunnorum, in Oſtrogothas mouit procinctum: a quorum ſocietate iam Veſegothæ diſceſſere, quã dudum inter ſe iuncti habebant. Intra hæc Ermanaricus tam vulneris dolorẽ/ ꝙ etiam incurſiones Hunnorum non ferens/ grandæuus & plenus dierum centeſimo decimo anno vitæ ſuæ defunctus eſt. Cuius mortis occaſio/ dedit Hunnis præualere in Gothis illis quos dixeramus orientali plaga ſedere, & Oſtrogothas nuncupari. Veſegothę id eſt alij eorum ſocij, & occidui ſoli cultores metu parentum exterriti, quid nam de ſe propter gentem Hunnorũ deliberarent/ ambigebãt: diuqꝫ cogitantes, tandem communi placito legatos ad Romam direxere ad Valentem Imperatorẽ fratrem Valentiniani Imperatoris ſenioris/ vt partẽ Traciæ ſiue mœſię ſi illis traderet ad colendum, eius legibus viuerent, eiuſqꝫ imperijs ſubderẽtur. Et vt fides vberior illis haberetur/ promittunt ſe (ſi doctores linguæ ſuę donauerit) fieri chriſtianos. Quo Valens comperto/ mox gratulabundus annuit quod vltro petere voluiſſet: ſuſceptuſqꝫ in Mœſiæ partibus, Gethas quaſi murũ regni ſui contra cæteras gentes ſtatuit. Et quia tunc Valens Imperator Arrianorum perfidia ſautius/ noſtrarum partium omnes eccleſias obduraſſet, ſuę partis fautores ad illos dirigit prædicatores: qui venientibus rudibus & ignaris/ ilico perfidiæ ſuæ virus defundunt. Sic quoqꝫ Veſegothæ a Valente Imperatore Arriani potius/ ꝙ Chriſtiani effecti. De cętero tam Oſtrogothis/ ꝙ Gepidis parentibus ſuis per affectionis gratiam euangelizantes, huius perfidiæ culturam edocẽtes/ omnẽ vbiqꝫ linguæ huius notionem ad culturam huius ſectæ inuitauere. Ipſi quoqꝫ (vt dictum eſt) Danubium tranſmeantes/ Daciam ripenſem, Mœſiam, Traciaſqꝫ permiſſo principis inſedere: quibus euenit (vt adſolet gentibus necdũ bene loco fundatis) pœnuria famis. Cœpere autem primates eorum & duces qui regum vice illis præerant: id eſt Fridigernus, Alatheus, & Safrach exercitus inopiam condolere: negotiationemqꝫ a Lupicino Maximoqꝫ Romanorum ducibus expetere. Verum quid non auri ſacra fames compellit adquieſcere? Cœperunt duces (auaritia compellente) non ſolum ouium/ boumqꝫ carnes, verum etiam canum/ & immundorum animaliũ morticinia eis pro magno contradere: adeo/ vt quodlibet mancipium in vnum panem, aut decem libras in vnam carnem mercarentur. Sed iam mancipijs & ſuppellectili deficientibus, filios eorũ auarus mercator victus neceſſitate expoſcit. Haud enim ſecus parentes faciunt, ſalutẽ ſuorum pignorũ ꝓuidẽtes: ſatius deliberant ingenuitatẽ perire/ ꝙ vitam, dum miſericorditer alendus ꝗs venditur/ ꝙ moriturus ſeruaẽ. Contigit enim illo ſub tempore erũnoſo Lupicino & ductori Romanorũ/ vt Fridigernũ Gothorũ regulũ ad cõuiuiũ inuitaret, dolũqꝫ ei, vt poſt exitus docuit, moliret. Sed Fridigern⁹ doli neſcius, cũ paucorũ comitatu

Roſomoni

Sumelch mulier

Ermanaricus rex percutit

Sarus

Amnius

Balamir

Oſtrogothæ

Veſegothæ

Oſtrogothæ

Veſegothæ

Valens Cęſar

Valentinianus Cęſar

Gothi hære/ſim edocentur

Danubius

Dacia ripenſis

Mœſia

Tracia

Fridigernus

Alatheus

Safrach

Lupicinus.

Maximus

ad conuiuium veniens: dum in prætorio epulatus eſt, clamorem miſerorum mo-rientiũ audiret. Namqꝫ alia in parte ſotios eius recluſos/ dum milites Ducis ſui iuſſu trucidare conarent̃: & vox morientium duriter emiſſa iam ſuſpectis auribus intonaret̃: ilico apertos ipſos dolos cognoſcẽs Fridigernus euaginato gladio in conuiuio nõ ſine magna temeritate/ velocitateqꝫ egreditur: ſuoſqꝫ ſotios ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum inſtigat. Qui nacta occaſiõe votiua elegerunt viri fortiſſimi in bello magis ꝙ in fame deficere: & ilico in ducum Lupicini & Maximi armãtur occiſionem. Illa namqꝫ dies Gothorũ famem, Romanorũqꝫ ſecuritatem ademit: cœperuntqꝫ Gothi iam non vt aduenæ & peregrini/ ſed vt ciues & domini poſſeſſoribus imperare: totaſqꝫ partes Septentrionales vſqꝫ ad Danubium ſuo iure tenere.

Antiochia

Quod Compiens in Antiochia Valens Imperator, mox armato exercitu in Traciarũ partes digreditur: vbi lachrymabili bello commiſſo, vincẽtibus Gothis/ in quodam prædio iuxta Hadrianopolim ſautius ipſe refugiens: ignorantibus quoqꝫ ꝙ Imperator in tã vili caſula deliteſceret Gothis, igneqꝫ (vt aſſolet) ſeuiente, inimico ſuppoſito/ cũ regali põpa crematus eſt haud ſecus ꝙ dei ꝓrſus iudicio vt ab ipſis igne cõbureret̃: ꝗs ipſe verã fidẽ petẽtes in ꝑfidiã declinaſſet, & ignẽ charitatis ad gehẽnę ignẽ detorſiſſet. Quo tp̃e Veſegothę Tracias Daciãqꝫ ripẽſem poſttãti gloriã trophei, tãqꝫ ſolo genitali potiti, ceperũt incolere.

Hadrionopolis

Valens Imperator a Gotis igne crematus eſt

Theodoſius Imperator. Gratianus Cæſar

Sed Theodoſiũ ab Hiſpania Gratian⁹ Imp̃ator electũ in orientali principatu loco Valẽtis patrui ſubrogat: militariqꝫ diſciplina mox in meliori ſtatu repoſita, ignauiã priorũ Principũ/ & Deſidiã excluſam, Gothus vt ſenſit ꝑtimuit. Nã Imp̃ator acri oĩno ingenio/ virtuteqꝫ & conſilio clarus, cum præceptorũ ſeueritate & liberalitate/ blandicieqꝫ ſua remiſſum exercitũ ap fortia prouocarat. At vero vbi milites principe meliore mutato/ fiduciam acceperunt. Gothos impetere temptant: eoſqꝫ Tracię finibus pellunt: ſed Theodoſio principe pene tunc vſqꝫ ad deſperationem egrotante, datur iterum Gothis audacia: diuiſoqꝫ exercitu, Fridigernus ad Theſſaliam prædandam Epiros & Achaiam digreſſus eſt. Alatheus vero & Safra cũ reſiduis copĳs Pannoniã petierunt.

Theſſalia
Epirus
Achaia
Alatheus
Safra

Quod cũ Gratianus Imperator qui tunc Roma in Gallias ob incurſionem Vuandalorũ receſſerat cõperiſſet: quia Theodoſio fatali deſperatione ſuccumbenti, Gothi magis ſeuirent, mox ad eos collecto venit exercitu: nec tamẽ fretus in armis/ ſed gratia eos muneribuſqꝫ victurus, pacemqꝫ & victualia illis concedens, cum ipſis inito fœdere fecit. Vbi vero poſt hæc Theodoſius conualuit Imperator: reperitqꝫ Gratianũ cum Gothis & Romanis pepegiſſe fœdus quod ipſe optauerat: admodum grato animo ferẽs, & ipſe in hac pace conſenſit.

Attanaricus rex Gothorũ

Attanaricum quoqꝫ regem qui tunc Frigiderno ſucceſſerat, datis ſibi muneribus/ ſotiauit moribus ſuis benigniſſimus, & ad ſe eum in Conſtantinopolim accedere inuitauit. Qui omnino libenter acquieſcens, regiam vrbem ingreſſus eſt: miranſqꝫ, en inquit cerno quod ſæpe incredulus audiebam, famam videlicet tantæ vrbis: & huc illuc oculos voluens, nunc ſitum vrbis/ commeatumqꝫ nauium, nunc mœnia clara proſpectans miratur. Populoſqꝫ diuerſarum gentium quaſi fonte in vno e diuerſis partibus ſcaturiente vnda, ſic quoqꝫ militem ordinatum aſpiciens, Deus inquit, ſine dubio terrenus eſt Imperator: & quiſquis aduerſus eum manum mouerit/ ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit. In tali ergo admiratione

maioreq́ a principe honore suffultus, paucis mensibus interiectis ab hac luce migrauit. Quem princeps affectionis gratia pene plus mortuum/q̄ viuū honorās, dignæ tradidit sepulturæ: ipse quoq́ in exequijs feretro eius præiens. Defuncto ergo Attanarico/cunctus exercitus in seruitio Theodosij Imperatoris perdurans, Romano se imperio subdens, cū milite velut vnū corpus efficit: miliaq́ illa dudū sub Constātino principe fœderatorū renouata, & ipsi dicti sunt Fœderati. E quibus Impator cōtra Eugeniū tyrannū (q occiso Gratiano Gallias occupasset) plus q̄.xx. milia armatorū fideles sibi & amicos intelligēs secū duxit: victoriaq́ de p̄dicto tyrāno potit⁹, vltionē exegit Postq̄ vero Theodosius amator pacis, generisq́ Gothorū, rebus excessit humanis/ cœperunt eius filij vtraq́ rempublicā luxuriose viuentes adnihilare: auxiliarijsq́ suis: id est Gothis: consueta dona subtrahere, mox Gothis fastidiū eorū increuit: verentesq́ ne longa pace eorū resolueret fortitudo, ordinant super se regem Alaricū: cui erat post Amalos secunda nobilitas, Baltharumq́ ex genere origo mirifica: q dudum ob audaciā virtutis Baltha, id est audax nomen intra suos acceperat. Mox ergo antefatus Alaricus creat⁹ est rex: cū suis deliberans suasit suo labore quęrere regna/q̄ alienis per otium subiacere: & sumpto exercitu per Pannonias Stilicone & Aureliano consulibus, & p̄ Firmiū dextro latere quasi viris vacuā intrauit Italiam. Nullo penitus obsistente ad pontē applicuit Condiniani: qui tertio miliario ab vrbe erat regia Rauennate. Quę vrbs inter paludes & pelagus/interq́ padi fluēta vni tm̄ patet accessui: cuius dudū (vt tradunt maiores) possessores Venetij, id est laudabiles dicebant. Hęc in sinu regni Romani sup mare Ionium cōstituta/in modum insulę influētium aquarū redundatione concludit. Habet ab Oriente mare: ad quod q recto cursu de Corcyra atq́ Elladę partibus nauigat dextrū latus, primū Ephyros, dein Dalmaciam, Liburniam, Histriamq́. & sic Venetias radens palmula nauigat. Ab occidēte vero habet paludes per quas vno angustissimo introitu vt porta relicta est. A Septentrione alius q̄q́ plaga ramus illi ex Pado est: qui fossa vocat Asconis. a Meridie idem ipse padus quē solum fluuiorū regē dicūt, cognomento Heridanus: ab Augusto Imperatore altissima fossa demissus: qui septima sui Aluei p̄te mediā influit ciuitatē. Ad ostia sua amœnissimū portū p̄bens classem.ccl. nauiū Dione referēte tutissima dudū credebat recipe statiōe. Qui nūc, vt Fabius ait, qd aliqn̄ portus fuerat/spaciosissimos hortos ostēdit, arboribus plenos: verū de qbus nō pendeant vela/sed poma. Trino siqdem vrbs ipsa vocabulo gloriat: trigeminaq́ positione exultat: id est prima Rauenna, Vltima classis, media Cęsarea. Inter vrbem & mare: plena molliciæ: arenaq́ minuta: vectationibus apta. Verum enimuero cum in ea ciuitate Vesagotharum applicuisset exercitus, & ad Honorium Imperatorem (qui intus residebat) legationem misisset, quatenus si permitteret vt Gothi pacati in Italia residerent, sic eos cum Romanorum populo viuere/vt vna gens vtraque credi possit: sin autem aliter, bellando quisque valeret/expelleret: etiam securus qui victor existeret/imperaret. Honorius Imp. vtramque pollicitationem formidās, suoq́ cum senatu inito consilio quō eos extra fines Italos expelleret/deliberabat. Cui ad postremum sentētia sedit/quatenus p̄uincias longe positas: id est Gallias, Hispaniasq́ quas iā pene p̄didisset: & Gizengerici eas. Vuandelorū Regis vastaret irruptio, si valeret

Gothi fœderati
Eugenius
Alaricus Rex
Balthi
Stilico
Aurelianus
Firmium
Gothi Italiā veniunt
Pons Condianus
Rauenna
Padus.
Venetia:
Mare Ionium
Corcyra
Ela
Ephyri
Dalmacia
Liburnia
Histria
Fossa Asconis
Padus.
Heridanus
Fabius
Rauenna
Classes
Cęsarea
Honorius Imperator
Gallia
Hispania
Gizengericus
Vuandali

Alaricus sua cũ gente sibi tanq̃ lares ꝓprios vendicaret: donatione sacro oraculo confirmata/consentiunt Gothi hac ordinatione: & ad traditam sibi patriam ꝓficiscunt. Post quorũ discessum nec quicq̃ mali in Italia perpetratũ Stilico patrici⁹ & socer Honorij Imperatoris: nam vtrãq̃ eius filiam: id est Mariã Ermantiam quas sibi Princeps vnam post vnã sociauit: vtrãq̃ virginem & intactam deus ab hac luce migrare præcepit. Hic ergo Stilico ad Polentiã ciuitatẽ in alpibus Tocciarũ locatam dolose accedens: nihilq̃ mali suspicãtibus Gothis, ad necem totius Italię, suamq̃ deformitatẽ ruit in bellum. Quem ex inprouiso Gothi cernẽtes/primo perterriti sunt: sed mox recollectis animis, & vt solebant, hortatibus excitati, omnem pene exercitũ Stiliconis in fugã cõuersum, vsq̃ ad interfectionẽ deijciũt: furibundoq̃ animo arreptũ iter deserunt: & in Liguriã post se vnde iam transierant/ reuertunt: eiusq̃ prędis/spolijsq̃ potiti, Emiliã pari tenore deuastant: Flamminięq̃ aggerem inter Picenũ & Tusciam vsq̃ ad vrbem Romã discurrẽtes, quicquid inter vtrũq̃ latus fuit/in prędam diripiunt. At postremũ Romam ingressi, Alarico iubente spoliant tm̃: non aũt, vt solent gentes, ignẽ supponunt: nec locis sanctorum in aliquo penitus iniuriã irrogare patiunt. Exindeq̃ egressi per Campaniã & Lucaniam simili clade peracta/Bricios accesserunt: vbi diu residentes/ad Siciliã, exinde ad Africã transire deliberant. Briciorũ siquidem regio in extremis Italiæ finibus interiacens, parte angulorũ eius Appennini montis initiũ fecit. Adriaq̃ pelagus vt lingua porrecta a Tyrenno ęstu seiungens,, nomen quondam a Britia sortitur regina. Ibi ergo veniens Alaricus Rex Vesegotharũ cum opibus totius Italię quas in pręda diripuerat, exinde (vt dictum est) per Siciliam in Africã quietã patriam transire disponit. Cuius quia non est liberũ quodcunq̃ homo sine nutu dei disposuerit, fretum illud horribile aliquantas naues submersit: plurimas conturbauit. Qua aduersitate repulsus Alaricus dum secum quid ageret, deliberaret, subito immatura morte præuentus/rebus excessit humanis. Quẽ nimia dilectione lugentes, Barentinum amnẽ iuxta Consentinã ciuitatem de alueo suo diriuant. Nam hic fluuius a Pedemontis iuxta vrbẽ dilapsus/fluit vnda salutifera. Huius ergo in medio alueo collecto captiuorũ agmine sepulturæ locũ effodiunt: in cuius foueę gremio Alaricũ cum multis opibus obruunt: rursusq̃ aquas in suum Alueũ reducentes ne a quoquã quandoq̃ locus cognosceret, fossores oẽs interemerunt: regnũq̃ Vesegotharũ Athaulfo eius consanguineo & forma/& mente conspicuo tradunt Nam erat q̃uis non adeo ꝓceritate staturæ formatus/q̃tum pulchritudine corporis/vultuq̃ decorus. Qui suscepto regno reuertens item ad Romã siquid primum remanserat/more locustarũ erasit: nec tm̃ priuatis diuitijs Italiam spoliauit, imo & publicis, Imperatore Honorio nihil resistere præualente: cuius & Germaniam Placidiã Theodosij Imperatoris ex altera vxore filiã vrbe captiuã abduxit. Quam tamen ob generis nobilitatẽ/formęq̃ pulchritudinẽ, & integritatem castitatis attendens, in foro Iulij Emiliæ ciuitate suo matrimonio copulauit/ vt gentes hac societate conperta/quasi adunata Gothis Republica efficacius terrerentur: Honoriumq̃ Augustum q̃uis opibus exhaustum, tamẽ quasi cognatũ grato animo derelinquens, Gallias tendit: vbi cum aduenisset/vicinę gentes perterritę, in suis se finibus cœperunt continere: q̃ dudũ crudeliter Gallias infestassent/tam Franci/q̃

Stilico
Maria
Hermantia
Polentia
Alpes Toccias
Liguria
Emilia
Flaminia:
Picenum
Tuscia
Vbi gothi Romam venerũt:
Campania
Lucania
Bricij
Sicilia.
Africa:
Appenninus
Adrię pelagus
Marę Tyrenũ
Alaricus moritur
Barentinus amnis.
Consentina ciuitas
Pedemonti
Athaulf rex
Honorius Cæsar
Placida
Forum Iuliũ
Aemilia
Galli
Franci

Burgundiones. Nam Vuandali & Alani, quos supra diximus, permisso principũ Romanorũ vtraque Pannonia resedere: nec ibi sibi ob metum Gothorũ arbitrantes tutum fore si reuerterent, ad Gallias transiere. Sed mox a Galliis quas ante nõ multũ tempus occupassent/fugiẽtes, Hispania se reclusere: adhuc memores ex relatione maiorum suorũ quid dudum Geberich rex Gothorũ genti suæ pręstitisset incõmodi: vel quomodo eos virtute sua patrio solo expulisset. Tali ergo casu Galliæ Athaulfo patuere venienti. Cõfirmato ergo Gothis regno in Galliis, Hispanorum casu cœpit dolere: eosq; deliberãs a Vuandalorũ incursibus eripere per suas opes Barcilonam cũ certis fidelibus delectis, plebeq; inbelle interiores Hispanias introiuit: vbi sępe cũ Vuandalis decertãs, tertio anno postq; Gallias/ Hispaniasq; domuisset, occubuit gladio ilio pforato Vernulfi: de cuius solitus erat ridere statura. Post cuius mortẽ Regericus rex constituit: sed & ipse suorũ fraude perẽptus ocius vitam cũ regno reliquit. Dehinc iã quartus ab Alarico rex constituit Valia, nimis districtus & prudens: cõtra quẽ Honorius Imperator Constantinũ virum industria militari pollentẽ, multisq; prælijs gloriosum, cũ exercitu dirigit: veritus ne fœdus dudum cum Athaulfo initũ ipse turbaret, & aliquas rursus in republica insidias moliret: in cuius sibi gentibus repulsis/simulq; desiderans Germanam suam Placidiã subiectionis obprobrio liberare: paciscens cũ Constãtino vt aut bello/aut pace, vel quoquomodo si eã potuisset/ad suum regnũ reuocaret, ei eam in matrimoniũ sotiaret. Quo placito Constantinus ouans cũ copia armatorũ, & pene iam regio apparatu Hispanias petit. Cui Valia rex Gothorũ non minori pcinctu ad claustra Pirenei occurrit: vbi ab vtraque parte legatione directa/ita cõuenit pacisci/vt Placidiã sororẽ principis redderet, suaq; solatia Romanæ reipublicę vbi vsus exigeret/non denegaret. Eo nãq; tempore Constãtinus qdam apud Gallias inuadens imperiũ/filium suũ Constantẽ ex monacho fecerat Cęsarẽ: sed nõ diu tenens regnũ præsumptũ: mox fœderatis Gothis/Romanisq; ipse occidit Arelato filius vero eius Vienna. Post quos itẽ Iouinus ac Sebastianus pari temeritate rem publicã occupãdam existimãtes, pari exitio periere. Nam duodecimo anno regni Valiæ, quãdo & Huni post pene .l. annos inuasa Pannonia a Romanis & Gothis expulsi sunt: videns Valia Vuandalos in suis finibus, id est Hispaniæ solo audaci temeritate ab interioribus partibus Galliæ (vbi eos fugauerat dudum Athaulfus) egressos/cuncta in prædis vastare. Eo vero tempore quo Hierius & Ardaburus consules extitissent: nec mora, mox contra eos mouit exercitum. Sed Gizericus rex Vuandalorũ iam a Bonifacio in Africã inuitat: qui Valentiniano principi veniens in offensam, non aliter se q̃ malo reipublicæ potuit vindicare. Is ergo suis precibus eos inuitans, per tractum angustũ quod dicit fretũ Gaditanũ: & vix septẽ milibus Africã ab Hispaniis diuidit: ostiaq; maris Tirreni in oceani estũ egerit/trãsposuit. Erat nãq; Gezericus iam Romanorũ clade in vrbe notissimus: statura mediocris: & equi casu claudicans: animo pfundus: sermõe ratus: luxuriæ cõtẽptor: ira turbidus: habendi cupidus: ad sollicitandas gentes puidẽtissimus: semina contentionũ iacere/odia miscere paratus. Talis Africæ rempublicã precibus Bonifacij vt diximus inuitatus intrauit: vbi ad diuinitatẽ vt fertur accepta auctoritate diu regnans, ante obitũ suũ filiorũ agmen accitũ ordinauit, ne inter ipsos de regni am-

Burgũdiones.
Vuandali
Alani
Hispania.
Geberich
Barcilona
Vuandali
Vernulfus.
Regericus rex
Valia rex
Honorius Ce.
Constantinus
Placidia
Valia
Pireneus.
Constantinus
Constans.
Arelatum
Vienna
Iouinus
Sebastianus
Huni
Pannonia
Valia
Vuandali
Hispania
Athaulf.
Hierius
Ardaburus
Gizericus
Bonefacius
Valẽtinianus:
Fretũ Gaditã:

bitione esset dissensio, sed ordine quisque & gradu suo qui aliis supuiueret: id est se
niori suo fieret seques successor: & rursus ei posterior eius. Quod obseruātes per
annorū multorū spatia/regnū fœliciter possedere: nec qd' in reliquis gētibus adso
Nomina regū — let, intestino bello fœdati sunt: suoqꝫ ordine vnus post vnū suscipiēs regnū, in pa
Gizericus. Hunericus. — ce populis imperarūt. Quorū ordo iste ac successio fuit. Primū Gyzericus q pater
Gundamūdus. Trasamūdus. — & dn̄s: sequēs Hunericus: tertius Gundamūdus: quartus Trasamūdus: qntus Hil
Hilderich — derich. Quo malo gentis suæ Gelimer imemor ataui præceptorū, de regno eie
Gelimer. Iustinianus C — cto & interempto, tyrānidem presumpsit: sed nō ei cessit impune qd' fecerat. Nam
Iustiniani Impatoris vltio in eo apparuit: & cū omi generi suo/opibusqꝫ qb' mo
Belisarius — re predonis incubabat. Constātinopolim delatus per virū gloriosissimū Belisariū
magistrū militū oriētalē, & cōsulē ordinariū atqꝫ patriciū: magnū in circo populo
spectaculū fuit: serāqꝫ sui pœnitudinē gerens cū se videret de fastigio regali deie
Africa a Vuandalis erepta. — ctum: priuatæ vitæ cui noluit famulari redactus occubuit. Sic Africa quę in diuisi
one orbis terrarū tertia pars mūdi describit, centesimo fere anno Vuandalico iu
go erepta, in libertatē reuocata est regni Romani: & quā dudum ignaris dn̄is, du
cibus fidelibus a reipublicæ Romanæ corpore gentilis manus abstulerat/ sollerti
domino & fideli ductore tunc reuocata/hodieqꝫ congaudet. Quis & post hæc
Mauri — aliquantū intestino prelio, Maurorūqꝫ infidelitate attritā se lamētauerit, tn̄ trium
phus Iustiniani Impatoris a deo sibi donatus: quod inchoauerat/ad finē vsqꝫ per
duxit. Sed nobis qd opus est vnde res exigit/dicere. Ad ꝓpositū redeamus. Va
Valia — lia siqdem rex Gothorū adeo cū suis in Vuandalos seuiebat/ vt voluisset eos etiā
in Africa persequi/nisi eū casus q dudum Alarico ad Africā tendenti cōtigerat/re
Tolosa — uocasset. Nobilitatus nāqꝫ intra Hispanias, incruētaqꝫ victoria potitus, Tolosam
reuertit: Romano imperio fugatis hostibus/aliquātas ꝓuincias quod ꝓmiserat,
derelinquēs: sibiqꝫ aduersa post longū valitudine superueniēte, rebus humanis ex
cessit: eo videlicet tpe quo Beremuth Thoresmūdo patre genitus. De quo in cata
Beremūthus Thoresmūdus — lago Amalorū familię superius diximus, cū filio Vuitiricho ab Ostrogothis, qui
Vuithirichus. — adhuc in Scythiæ terra Hunnorū oppressionibus subiacebāt, ad Vesegotharū re
gnum migrauit. Conscius. n. erat virtutis & generis nobilitate: facilius sibi credens
principatū a parentibus deferri, quē heredem regū constabat esse multorū. Quis
nāqꝫ de Amalo dubitaret/si vacasset eligere: sed nec ipse adeo voluit qs esset osten
Theodericus rex Gothorū — dere. Et illi iam post mortē Valię Theodericū ei dedere successorē: ad quē veniēs
Beremund animi pōdere quo valebat eximii generis sui amplitudinē comoda ta
citurnitate suppressit: sciēs regnātibus semp de regali stirpe genitos esse suspectos.
Passus est ergo ignorari/ne faceret ordināda cōfundi. Susceptusqꝫ est cū filio suo
a rege Theoderico honorifice nimis, adeo vt nec cōsilio suo expertē/nec conuiuio
faceret alienū: non tm̄ ꝓ generis nobilitate quā ignorabat/sed ꝓ animi fortitudi
ne & robore gētis quā non poterat occultare. Quid plurimū? defuncto Valia vt
Valia — superius quod diximus repetamus: q parū fuerat fœlix, Gallis ꝓsperrimus, fœli
ciorqꝫ Theodericus successit in regno: homo summa moderatione cōpositus: ani
mi/corporisqꝫ vtilitate habendus. Contra quē Theodosio & Festo consulibus pa
Theodosius Festus — ce rupta Romani huius auxiliaribus secū iunctis, in Gallias arma mouerūt. Turba
Cama comes. — uerat nāqꝫ eos Gothorū fœderatorū manus: quę cū Cama comite Constātinopo

lum se fœderasset. Aetius ergo patricius tunc præerat militibus, fortissimarũ Mœ-
siorũ stirpe ꝓgenitus, in Doruscena ciuitate a patre Gaudẽtio labores bellicos to-
lerans, reipublicæ Romanæ singulariter natus: qui supbiã Sueuorũ/ Frãcorumq;
barbariẽ immẽsis cędibus seruire Romano imperio coegisset. Hunnis q̃q; auxilia
rijs Litorio dictante, contra Gothos Romanus exercitus mouit ꝓcinctum: diuq;
ex vtraq; parte acie ordinata, cũ vtriq; fortes/ & neuter firmior esset, datis dextris,
in pristinã concordiã redierũt: fœdereq; firmato, ab alterutro fida pace peracta,
recessit vterq;. Qua pacat̃ Attila Hunnorũ oĩm dñs: & pene totius Scythiæ gentiũ
sol⁹ in mũdo regnator: q̃ erat famosa inter oẽs gẽtes claritate mirabilis. Ad quẽ in
legationẽ remissus a Theodosio iuniore Prisc⁹ historic⁹, tali voce inter talia refert
Ingentia siquidem flumina, id est Tysia, Tibisiaq;, & Dricca transeũtes: venimus in
locũ illum vbi dudum Iudicula Gothorũ fortissimus Sarmatũ dolo occubuit. In-
deq; nõ longe ad vicũ in quo rex Attila morabat̃/ accessimus. Vicum inquã, ad in
star ciuitatis amplissimę: in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata repe
rimus: quarũ compago ita solidum mentiebat̃/ vt vix ab intẽto posset iunctura ta-
bulorum conpræhendi. Videres triclinia ambitu ꝓlixiore distenta, porticusq; in
omni decore dispositas. Area vero curtis ingenti ambitu cingebat̃, vt amplitudo
ipsa regiã aulam ostẽderet. Hę sedes erãt Attilæ regis Barbariem totã tenẽtis: hæc
captis ciuitatibus habitacula præponebat. Is nãq; Attila patre genitus Mũdzucco
cuius fuere Germani, Octar & Roas: q̃ ante Attilam regnũ Hnnnorũ tenuisse nar
rantur: q̃uis non oĩo cunctorum. Eorũ ipse post obitũ cũ Blęta Germano Hun
norũ successit in regnũ: & vt ante expeditioni quã parabat par foret, augmentũ vi
rium parricidio quærit: tendens ad discrimen oĩm nece suorũ. Sed liberante iusti-
cia detestabili remedio crescẽs/ deformes exit⁹ suæ crudelitatis inuenit. Bleta enim
fratre fraudibus perẽpto, q̃ magnæ parti regnabat Hunnorũ, vniuersum sibi po-
pulum subiugauit. Aliarũq; gentiũ quas tunc inditione tenebat/ numerositate col
lecta primas mundi gentes Romanos, Vesegothasq; subdere ꝑoptabat. Cuius ex-
ercitus q̃ngentorũ miliũ esse numerus ferebat̃. Vir in concussionẽ gentis natus in
mundo, terrarũ oĩm metus: qui nescio qua sorte, terrebat cuncta, formidabili de
se opinione vulgata. Erat nãq; supbus incessu, huc atq; illuc circũferens oculos/ vt
elati potentia ipso q̃q; motu corporis appereret. Bellorũ q̃dem amator: sed ipse ma
nu tẽperans, consilio validissimus, supplicantibus exorabilis: ꝓpitius in fide semel
receptis. Forma breuis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba
canis aspersus, simo naso, teter colore, originis suę signa restituẽs. Qui q̃uis huius
esset naturæ/ vt sp̃ magna confideret, addebat ei tñ confidentiã gladius Martis iu-
uentus apud Scytharũ reges semp habitus. Quẽ Priscus historicus tali refert occa-
sione detectum: Cũ pastor inq̃ens, quidam gregis vnã buculam cõspiceret claudi-
cantem: nec causam tanti vulneris inueniret, sollicitus vestigia cruoris insequit̃: tan-
demq; venit ad gladiũ: quẽ depascẽs herbas bucula incaute calcauerat: effossumq;
ꝓtinus ad Attilã defert. Quo ille munere gratulatus, vt erat magnanimus, arbitra
tur se totius mundi principẽ constitutũ: & p martis gladiũ potestatẽ sibi cõcessam
esse bellorũ. Huius ergo mentẽ ad vastationẽ orbis paratã comperiens Gizericus
rex Vuandalorũ, quem paulo ante memorauimus, multis muneribus ad Vesego

Aetius patricius
Gaudentius
Sueui
Franci
Hunni
Litorius
Hic Attila hunnorum rex.
Priscus histo.
Tysia
Tibisia
Dricca
Iudicula
Origo Attilæ regis
Mundzuccus
Octar
Roas
Bleta
De qualitate & quantiate Attilæ regis.
Martis gladius.
Gizericus

tharũ bella precipitat:metuens ne Theodericus Vesegotharũ rex filiæ suæ vlciscereret iniuriã:quę Hunericho Gizerici filio iuncta, prius q̃dẽ tanto coniugio lętaret: sed postea vt erat ille & in sua pignora truculẽt⁹, ob suspitionẽ tantũmõ veneni ab ea parati, eã putatis narib⁹ spoliãs decore naturali, patri suo ad Gallias remiserat/ vtturpe funus miserãda sp offerret:& crudelitas qua etiã mouerent externi, vindictam patris efficacius impetraret. Attila igit̃ dudũ bella concepta Gizerici redẽptione parturiẽs/legatos in Italiã ad Valentinianũ principẽ misit, serens Gothorum/ Romanorũq; discordiã:vt quos prelio nõ poterat cõcutere/odijs internis eliderer:adserẽs se reipublicę eius amicitias in nullo violare, sed cõtra Theodericũ Vesegotharũ regẽ sibi esse certamẽ:vñ eũ excipi libenter optaret. Cętera epistolę vsitatis salutationũ blãdimẽtis oppleuerat:studẽs fidẽ adhibere mẽdatio. Pari etiã mõ ad regẽ Vesegotharũ Theodericũ dirigit scriptũ:hortãs vt a Romanorũ sotietate discederet:recoleretq; p̃lia quæ paulo ante cõtra eũ fuerãt cõcitata sub nimia feritate. Hõ subtilis:anteq; bella gereret/ arte pugnabat. Tũc Valẽtinian⁹ Imp̃ator ad Vesegothas/eorũq; regẽ Theodericũ in his verbis legationẽ direxit: Prudẽtię vestrę est fortissime gentiũ/aduersus vrbis cõspirare tyrannũ:q optat mũdi gñale habere seruitiũ: q causas prelij nõ reqrit, sed q̃cq̃d cõmiserit/hoc putat esse legitimũ. Ambitum suũ brachio metit̃:superbia licentiã faciat. Qui ius fasq; contẽnens/ hostẽ se exhibet naturæ cunctorum. Etenim meret̃ hic odiũ/qui in cõmune oĩm se approbat inimicũ. Recordamini quęso quod certe nõ potest obliuisci. Ab Hunnis casus est fusus:sed quod grauiter agit/insidijs agit appetitũ. Vnde, vt nobis taceamus, potestis hanc multis ferre superbiã. Armorũ potẽtes/fauete p̃prijs doloribus, & cõmunes iungite manus. Auxiliamini etiã reipublicę:cui⁹ mẽbrum tenetis. Q̃z sit aũt nobis expetẽda vel amplexãda sotietas, hostes interrogate cõsilia. His & similibus legati Valentiniani regẽ permouere Theodericũ. Quibus ille respõdit:Habetis inquit, Romani desideriũ vestrum:fecistis Attilã & nobis hostẽ. Seq̃mur illũ q̃cunq; vocauerit:& q̃uis inflet̃ de diuersis superbarũ gentiũ victorijs:norunt t̃n Gothi confligere cũ superbis. Nullum bellum dixerim graue/nisi quod causa debilitat:q̃ñ nil triste pauet:cui maiestas arriserit. Acclamant responso comites ducis: Lętum sequit̃ vulgus. Fit omnibus ambitus pugnæ: hostes iã Hunni desiderant̃. Producit̃ itaq; a rege Theoderico Vesegotharum innumerabilis multitudo: qui quatuor filijs domi dimissis:id ẽ Friderico & Turico, Retemeri & Himmerit secũ t̃m Thorismũd & Theodericũ maiores natu p̃ticipes laboris assumit. Fœlix p̃cinctus auxiliãtum suaue collegiũ habere:& solatia illorũ q̃bus delectat:ipsa etiam simul subire discrimina. A parte vero Romanorũ tanta patricij Aetij p̃uidẽtia fuit, cui tunc innitebat̃ respublica Hesperiæ plagæ, vt vndiq; bellatoribus cõgregatis/aduersus ferocẽ & infinitã multitudinẽ nõ impar occurreret. His.n. adfuere auxiliares Franci, Sarmatę, Armoritiani, Litiani, Burgũdiones, Saxones, Riparioli, Ibriones/quondam milites Romani:tunc vero iã in numero auxiliatorũ exquisiti aliæq; nõnullę celticæ vel Germanicæ nationes. Conuenit̃ itaq; in cãpos Catalaunicos:qui & Maurici nominant̃.c.leugas, vt Galli vocant, in longũ tenentes:&.lxx in latũ. Leuga aũt Gallica mille & ducentorũ passuũ quãtitate metit̃. Fit ergo area innumerabiliũ populorum pars illa terrarum. Conferunt̃ acies vtræq; fortissimę

Valentinianus Cęsar

Hunni

Theodericus Vesegotharũ rex
Fridericus
Turicus
Retemer
Himmericus
Thorismũdus
Theodericus
Aetius Patricius
Hic Franci
Sarmatę
Armoritiani
Litiani
Burgũdiones.
Saxones
Riparioli.
Ibriones
LeugaGallica

nihil subreptionibus agit̄, sed apertū Martem testant̄. Quę potest digna causa tan torū motibus inueniri? Aut quod odiū in se cunctos animauit armari. Probatum est humanū genus Regibus viuere: qn̄ vnius mentis insano impetu strages sit fa cta populorū: & arbitrio superbi regis moriendo deijcit̄, quod tot sęculis natura ꝓgenuit. Sed anteq̄ pugnę ipsius ordinē referamus/ necessariū videret̄ edicere, q̄ in ipsis bellorū motibus accidere: quia sicut famosum preliū/ ita multiplex atq̄ ꝑ plexum. Sangibanus nāq̄ rex Alanorū metu futurorū perterritus, Attilæ ei se tra dere pollicet̄: & Aurelianā ciuitatē Galliæ vbi tunc cōsistebat/ in eius iura transdu cere. Quod vbi Theodericus & Aetius agnouere/ magnis aggeribus eādem vrbē ante aduentū Attilæ destruūt, suspectumq̄ custodiunt Sangibanum: & inter suos auxiliares mediū statuunt cū ꝓpria gente. Igit̄ Attila rex Hunnorū tali perculsus euentu, diffidens suis copijs, metuens inire conflictum: intusq̄ fugā reuoluēs, ipso funere tristiorē, statuit per aruspices futura inq̄rere. Qui more solito nunc pecorū fibras, nunc quasdā venas in abrasis ossibus intuētes, Hunnis infausta denuciant. Hoc tn̄ quantulū prędixere solatij/ q̄ summus hostiū ductor de parte aduersa oc cumberet: relictaq̄ victoria/ sua morte triūphum fœdaret. Cūq̄ Attila necē Aetij q̄ eius mortibus obuiabat, vel cū sua perditione duceret expetēdam, tali pręsagio sollicit⁹/ vt erat cōsiliorū in rebus bellicis exq̄sitor, circa nonā diei horā prelīū sub trepidatione cōmittit: vt si nō secus cederet/ nox immines subueniret: cōuerteret ꝑ tes, vt diximus, in cāpos Catalaunicos. Erat aūt positio loci, decliui tumore: in mo dum collis excrescens. Quē vterq̄ cupiēs exercitus obtinere: quia loci oportunitas nō paruū beneficiū cōferret: dextrā partē Hunni cū suis, sinistrā Romani & Vese gothæ cū auxiliarijs occuparūt. Relictoq̄ de cacumineis eius iugo certamine, de xtrū itaq̄ cornu cū Vesegothis Theodericus tenebat: sinistrū Aecius cū Romanis collocātes in medio Sangibanū: quē supius retulimus pręfuisse Alanis: ꝓuidentes cautiōi militari/ vt eū de cuius animo min⁹ p̄sumebāt, fideliū eū turba cōcluderet. Facile nāq̄ adsumit pugnādi necessitatē, cui fugiendi imponit̄ difficultas. E diuer so vero fuit Hunnorū acies ordinata/ vt in medio Attila cū suis fortissimis locaret̄ sibi potius rex hac ordinatiōe ꝓspiciens/ quatenus inter gentis suę robur positus, ab eminēti periculo redderet̄ exceptus. Cornua vero eius multiplices populi, & di uersę nationes, quas ditioni suæ subdiderat/ ambiebāt. Inter q̄s Ostrogotharū p̄ eminebat exercitus: Vualamire/ & Theodemiri, & Vuidimire Germanis ductan tibus, ipso etiā rege cui tunc seruiebant nobilioribus: q̄a Amalorū generis eos po tentia illustrabat. Eratq̄ & Gepidarū agmine innumerabili rex ille famosissimus Ardaricus: q̄ ob nimiā suā fidelitatē erga Attilā eius cōsilijs intererat. Nam perpē dens Attila sagacitatē suam/ eū & Vualamirē Ostrogotharū regē super cęteros re gulos diligebat. Erat nāq̄ Vualamir secreti tenax: blandus alloquio: doli ignarus. Ardarich fide & cōsilio, vt dixim⁹, clarus. Quibus nō immerito cōtra parētes Ve segothas debuit credere pugnatoribus. Reliqua aūt si dici fas est, turba regū/ di uersarūq̄ nationū ductores, ac si satellites nutib⁹ Attilę attēdebāt: & vbi oculo an nuisset/ absq̄ aliqua murmuratiōe cū timore & tremore vnusq̄sq̄ adstabat: aut cer te q̄d iussus fuerat/ exequebat̄. Sed solus Attila rex oīm regū, sup oēs/ & ꝓ oībus sollicitus erat. Fit ergo de loci quē diximus oportunitate certamē. Attila suos diri

Sangibanus rex Alanorum

Vualamir
Theodemir
Vuidimir

Ardaricus

git q̃ cacumen mõtis inuaderet: ſed a Thoriſmũdo & Aecio pręuetus eſt. Qui elu

Thoriſmund. Actius

ctati collis excelſa vt conſcēderent / ſupiores effecti ſunt. veniẽteſq; Hunnos montis beneficio facile turbauere. Tunc Attila cũ videret exercitũ cauſa pcedente turbatũ, eũ tali ex tẽpore credit alloqo cõfirmãdum. Poſt victorias tantarũ gentiũ poſt or bem ſic cõſtitutis edomitum, ineptũ iudicauerim tanq̃ ignaros rei verbis acuere. Quęrat hoc aut nouus ductor / aut inexptus exercit⁹. Nec mihi fas eſt aliqd vulgare dicere, nec vobis oportet audire. Quid aũt aliud nos / q̃ bellare cõſueti? Aut qd forte ſuauius / q̃ vindictam manu quærere? Magnũ munus a natura / animũ vltione ſatiare. Aggrediamur ergo hoſtem alacres: audaciores ſunt ſemper q inferunt bellum. Adunatas deſpicite diſſonas gentes. Inditiũ pauoris eſt / ſocietate defendi. En ante impetũ terroribus iã feruntur, excelſa quærunt / tumulos capiunt, & ſera penitudine in cãpis munitiones efflagitãt. Nota nobis ſunt q̃ ſint leuia Romanorũ arma, Primo etiã non dico vulnere / ſed ipſo puluere grauant. Dũ inordinate coeunt, & acies / teſtudineq; connectunt. Vos cõfligite pręſtantibus animis / vt ſoletis: deſpiciẽteſq; eorũ acies, Alanos inuadite: Veſegothas incũbite. Inde nobis eſt citã victoriã quęrere / vnde ſe cõtinet bellũ. Abſciſa aũt neruis / mox membra relabunt: nec põt ſtare corpus / cui oſſa ſubtraxeris. Conſurgãt animi, furor ſolit⁹ intumeſcat Nunc cõſilia Hunni / nũc arma depromite, Aut vulneratus qs aduerſarij mortem depoſcat / aut illeſus hoſtiũ clade ſatiet. Victuros nulla tela cõueniẽt, morituros & in ocio fata pcipitãt. Poſtremo cur fortuna Hunnos tot gentiũ victores adſereret, niſi ad certaminis hui⁹ gaudia præparaſſet? Quis deniq; Meotidarũ iter aperiret maiorib⁹ nr̃is tot ſęculis clauſum, ſecretũ? Quis adhuc inermib⁹ cõdere faciebat armatos. Faciẽ Hunnorũ nõ poterit ferre adunata collectio. Nõ fallor euẽtu, hic cãpus eſt quẽ nobis tot pſpera pmiſerãt. Primus in hoſtes tela conijciã. Si qs potu erit Attila pugnãte ociũ ferre / ſepultus eſt. His verbis accẽſi / in pugnã cuncti pręcipitant. Et q̃uis haberẽt res ipſę formidinẽ / pręſentia tñ regis cunctationẽ hęrẽtib⁹ auferebat. Manu manibus congrediunt: bellũ atrox, multiplex, inmane, ptinax: cui ſimile nulla vſq; narrat antiqtas: vbi talia geſta referunt / vt nihil eſſet quod in vita ſua cõſpicere potuiſſet egregius, q huius miraculi priuaret aſpectu. Nã ſi ſeniorib⁹ credere fas eſt, riuulus memorati cãpi humili ripa pręlabẽs / peremptorũ vulneribus ſanguine multo pueetus: non actus imbribus vt ſolebat, ſed liquore concitatus inſolito / torrens factus eſt cruoris augmento. Et quos ille coegit in aridam ſitim vulnus inflictum / fluenta mixta clade traxerunt: ita conſtricti ſorte miſerabili /

Theodericus moritur.

ſorbebant, potantes ſanguinẽ quem fudere ſauciati. Hic Theodericus rex dum ad hortans diſcurreret exercitũ / equo depulſus, pedibuſq; conculcatus, vitã matura ſenectute concluſit. Alij vero dicunt eũ interfectum telo Andagis de parte Oſtrogotharũ q tũc Attilanũ ſequebant regimen. Hoc fuit quod Attilę præſagio aruſpices

Andagis

prius dixerant: q̃q̃ ille de Aetio ſuſpicaret. Tunc Veſegothæ diuidẽtes ſe ab Alanis, inuadũt Hunnorũ cateruas: & pene Attilam trucidarent / niſi prius prouidus fugiſſet: & ſe / ſuoſq; ilico intra ſepta caſtrorum quæ plauſtris vallata habebat / recluſiſſet. Q̃uis fragile munimentũ, tamen quęſierunt ſubſidiũ vitę: quibus paulo

Thoriſmund.

ante nullus poterat naturalis agger obſiſtere. Thoriſmund autem regis Theoderici filius: qui cum Aecio collem anticipans, hoſtes de ſuperiori loco pturbauerat

credens se ad agmina propria peruenire: nocte cęca ad hostium carpenta ignarus incurrit. Quem fortiter dimicantem/quidam capite vulnerato equo deiecit: suorumqꝫ ꝓuidentia liberatus/a preliandi intentione desijt. Aetius vero similiter noctis confusione diuisus, cum inter hostes medios vagaretur/trepidus ne quid incidisset aduersi Gothis inquirens, tandemqꝫ ad sotia castra perueniens/reliquū noctis scutorum defensione transegit. Postera die luce orta/cum cadaueribus plenos campos aspicerent/ nec audere Hunnos erumpere, suam arbitrantur esse victoriā: scientesqꝫ Attilam non nisi magna clade confusum/bella confugisse: cum tamē nil ageret vel prostratus abiectum/sed strepens armis tubis canebat, incussionēqꝫ minabatur. Velut leo venabulis pressus: speluncæ aditus obambulans: nec audet insurgere, nec desinit fremitibus vicina terrere: sic bellicosissimus rex victores suos turbabat inclusus. Conueniunt itaqꝫ Gothi/Romaniqꝫ: & quid agerent de superato Attila/deliberant. Placet eum obsidione fatigari, qui Annonę copiam non habebat/quando ab ipsius sagittarijs intra septa castrorum locatis crebris ictibus arceretur accessus. Fertur autem desperatis in rebus prędictum regem adhuc & in supremo magnanimē, equinis sellis construxisse piram: seseqꝫ si aduersarij irrumperent/flammis inijcere voluisse: ne aut aliquis eius vulnere lętaretur, aut in potestatem tantorum hostium gentium dominus perueniret. Verum intra has obsidionum moras Vesegothæ regem filij patrem requirunt/admirantes eius absentiam dum fœlicitas fuerit subsecuta. Cumqꝫ diutius exploratum vt viris fortibus mos est/intra densissima cadauera repperissent, cantibus honoratum/inimicis spectantibus abstulerunt. Videres Gothorum globos dissonis vocibus confragosos/ adhuc inter bella furentia funeri reddidisse culturam. Fundebantur lachrymę sed quæ viris fortibus impendi solent/nostra mors erat, sed Hunno teste gloriosa: vnde hostiū putarēt inclinata fore superbia: quādo regis efferre cadauer cū suis insignibus inspiciebant. At Gothi Theoderico adhuc iusta soluētes/armis insonātibꝰ regiā deferūt maiestatē, fortissimusqꝫ Thorismūd bene gloriosus/ad manes charissimi patris, vt decebat filiū, exeqas est ꝓsecutus. Qđ postqꝫ peractum est, orbitatis dolore cōmotus, & virtutis impetu qua valebat dum inter reliquias Hunnorū, mortē patris vindicare contendit. Aeciū patriciū ac si seniorem/prudentiaqꝫ maturū de hac parte cōsuluit/quid sibi esse in tpe faciendum. Ille vero metuens/ne Hunnis funditus interēptis/e Gothis Romanū premerēt imperiū: prębet hac suasione consiliū/vt ad sedes ꝓprias remearet, regnūqꝫ quod pater reliquerat/arriperet: ne Germani eius opibus sumptis paternis/ Vesegotharum regnum peruaderent/grauiterqꝫ dehinc cum suis, & quod peius est/miseriterqꝫ pugnaret. Quo responso non ambigue, vt datū est, sed ꝓ sua potius vtilitate suscepto/relictis Hunnis/redit ad Gallias. Sic humana fragilitas dum suspitionibus incurrerit/ magna plærumqꝫ agendo/occasione rerum intercipit. In hoc enim famosissimo & fortissimarum gentium bello ab vtrisqꝫ partibus. c. lxxij. milia cęsa referunt: exceptis. xc. milibus Gepidarū & Francorum, qui ante congressionē publicā noctu sibi occurrētes, mutuis cōcidere vulneribꝰ, Francis ꝓ Romanorū/Gepidis ꝓ Hūnorū pte pugnātibus. Attila igit discessiōe cognita/Gothorū qđ de inopinatis colligi solet: & inimicorū magis ęstimās dolum/diutius se intra castra cōtinuit. Sed vbi hostiū

Aetius

Frāci pugnātes

absentia/sunt longa silẽtia cõsecuta, erigit̃ mens ad victoriã, gaudia p̃sumunt̃: atq;
Thorismund. potẽtis regis anim⁹ in antiqua fata reuertit̃. Thorismũd ergo patre mortuo/in cã-
Tolosa pis statim Catalaunicis, vbi & pugnauerat, regia maiestate subuectus/ Tolosam in
gredit̃. Hic licet fratrũ & fortiũ turba gauderet, ipse tñ sic sua initia moderat⁹ est/
vt nullius repperiret de regni successione certamen. Attila vero nacta occasione de
recessu Vesegotharũ: & qđ sępe optauerat, cernens hostiũ solutionẽ p partes, mox
iã securus ad oppressionẽ Romanorũ mouit ꝓcinctum, primaq; aggressiõe Aq-
Hic Attila ad Aquileiã vẽit Natissa Mons Picis. legięsem obsedit ciuitatẽ: q̃ est metropolis Venetiarũ in mucrone vel lingua Adri
atici posita sinus. Cuius ab oriẽte muros Natissa amnis fluens, a monte Picis elam
bit. Ibiq; cũ diu/multoq; tp̃e obsidens, nihil penitus p̃ualeret: fortissimis intrinse-
cus Romanorũ militibus resistẽtib⁹/exercitu iã murmurãte & discedere cupiente,
Attila deãbulans circa muros, dum vtrũ solueret castra, an adhuc moraret̃/ delibe
rat, aĩaduertit candidas aues: id est ciconias: quę in fastigio domorũ ędificãt; de ci
uitate foetus suos trahere, atq; cõtra morẽ per rura forinsecus cõportare. Et vt hoc
sicut erat sagacissimus inq̃sitor persensit, ad suos inq̃t: Respicite aues futurarũ rerũ
ꝓuidas perituram relinq̃re ciuitatẽ, casurasq; arces periculo imminẽte deserere. Nõ
hoc vacuũ, nõ hoc credat̃ incertũ, rebus praescijs consuetudinẽ mutat ventura for-
mido. Quid plus? Animus suorũ rursus ad oppugnãdum Aq̃leiã inflãmat̃. Qui
Aquileia capitur machinis cõstructis/oĩbusq; tormentorũ generibus adhibitis/nec mora, inuadũt
ciuitatẽ: spoliant̃, diuidunt/vastantq; crudeliter: ita vt vix eius vestigia, vt appareãt
reliquerint. Exhinc iã audaciores, & necdũ Romanorũ sanguine satiati/ p reliquas
Mediolanũ & Ticinũ aggre/diuntur. Venetũ ciuitates Hunni bacchabant̃. Mediolanũ quoq; Liguriae metropolim, &
Ticinum quondam regiã vrbẽ pari tenore deuastãt: necnõ & Ticinũ ęquali sorte deijciũt:
vicinaq; loca sequientes allidunt, demoliunturq; pene totã Italiã. Cũq; ad Romam
Priscus histo. animus fuisset eius attẽtus accedere, sui eũ (vt Priscus refert historicus) remouere:
nõ vrbi cui inimici erãt consulẽtes, sed Alarici quondã Vesegotharũ regis obijci-
entes exẽplum: veriti regis sui fortunã: q̃a ille post fractam Romã diu nõ supuixe-
rat, sed ꝓtinus rebus excessit humanis. Igit̃ dum eius anim⁹ ancipiti negotio inter
ire & nõ ire fluctuaret, secumq; deliberãs tardaret, placita ei legatio a Roma adue
nit. Nã Leo papa p se ad eũ accedit in Acrouẽtu Mamboleio: vbi Mincius amnis
Vbi Leo papa Attilę occurrit cõmeantiũ frequẽtatione transit̃. Qui mox deposuit excitatũ furorẽ: & rediẽs qua
venerat: id est vltra Danubiũ: ꝓmissa pace discessit: illud prę oĩbus denũciãs, atq;
Danubius Honoria interminãdo discernẽs: grauiora se in Italiã illaturũ/nisi ad se Honoriã Valẽtinia-
ni principis Germanã filiã Placidiae Augustae cũ portiõe sibi regaliũ opũ debita
mitteret. Ferebat̃. n. quia haec Honoria dũ ꝓpter aulę decus ac castitatẽ teneret̃ nu-
tu fratris inclusa, clandestino Eunucho misso, Attilã inuitasset/vt contra fratris po-
tentiã eius patrocinijs vteret̃, ꝓrsus indignũ facin⁹/vt licẽtiã libidinis malo publi
Marcianus Cęsar co cõpararet. Reuersus itaq; Attila in sedes suas: & quasi ocij poenitens, grauiterq;
ferens a bello cessare, ad orientis principẽ Marcianũ legatos dirigit: ꝓuinciarũ te-
stans vastationẽ q̃ sibi ꝓmissa a Theodosio quondam Imperatore minime p̃sol
ueret, & inhumanior solito suis hostibus appareret. Hęc tñ agens/ vt erat versutus
& callidus, alibi minatus, alibi arma sua cõmouit: & quod restabat indignatiõi fa
ciẽ in Vesegothas retorsit. Sed nõ eũ quẽ de Romanis reportauit euentũ. Nam p

dissimiles anterioribus vias recurrens, Alanorum partē trans flumen Ligeris con-
sidentē/ statuit suæ redigere ditioni, quatenus mutata per ipsos belli facie/ terribi-
lior emineret. Igiť ab Dacia & Pannonia ꝓuincijs, in quibus tunc Hunni cum di
uersis subditis nationibus insidebant, egrediens Attila/ in Alanos mouit ꝓcinctū
Sed Thorismund rex Vesegotharū fraudem Attilę nō impari subtilitate persen-
tiens, ad Alanos tota subtilitate prius aduenit: ibiq; superuenientis Attilæ, iā moti
bus præparatus occurrit: consertoq; prelio/ pene simili cū tenore vt prius in cāpis
Catalaunicis a spe remouit victorię, fugatūq; a partibus suis sine triūpho remittēs
in sedes ꝓprias fugere cōpulit. Sic Attila famosus, & multarū victoriarum dn̄s,
dū quærit famā perditoris abijcere. & quod prius a Vesegothis ptulerat abolere
geminatā sustinuit, ingloriusq; recessit. Thorismūd vero repulsis ab Alanis Hun
norū cateruis/ sine aliqua suorū lesione Tolosa migrauit: suorūq; geta pace cōposi
ta, tertio anno regni sui egrotans: dum sanguinē tollit de vena, ab Ascalcruo cliēte
inimicos nunciante, armis subtractis/ peremptus est. Vna tn̄ manu quam liberā ha
bebat/ scabellum tenens, sanguinis sui existit vltor, aliquātos insidiantes sibi extin-
guens. Post cuius decessum Theodericus Hermanus eius Vesegotharū in regno
succedēs, mox Riciarium Sueuorū regē cognatum suū repperit inimicū. Hic item
Riciarius affinitate Theoderici pręsumens vniuersam pene Hispaniā sibi credidit
occupandam: iudicās oportunū tēpus surreptionis incōposita initia tēptare regnā-
tis. Quibus ante Gallitia & Lusitania sedes fuere: quę in dextro latere Hispaniæ p̄
ripā Oceani porriguntˀ: habētes ab oriente Austrogoniā: ab occidente in ꝓmon-
torio sacrū Scipiōis Romani ducis monumentū: a septentrione Oceanū: a meridiē
Lusitaniā/ & fluuiū Tagum: qui arenis suis permiscens auri metalla: trahit cū limi
vilitate diuitias. Exinde ergo exiens Riciarius rex Sueuorum nititˀ totam Hispaniā
occupare. Cui Theodericus cognatus suus vt erat moderatus, legatos mittens, paci
fice dixit vt nō solum recederet a finibus alienis, verum etiā ne tēptare pręsumeret
odium sibi tali ambitione acquirēs. Ille vero animo pręttumido ait: Si hic murmu-
ras, & me venire causaris, Tolosam vbi tu sedes veniam: ibi si vales/ resiste. His au-
ditis/ egre tulit Theodericus: compacatusq; cum cæteris gentibus, arma mouit in
Sueuos. Burgundionum quoq; Gnudiacum & Hilpericū reges auxiliares habēs
sibiq; deuotos. Ventū est ad certamen iuxta flumen Vrbiū: quod inter Asturicā,
Hiberiāq; prætermeat. Consertoq; prelio/ Theodericus cū Vesegothis q̄ ex iusta
parte pugnabat/ victor efficiťˀ: Sueuorū gentes pene cunctas vsq; ad internectionē
ꝓsternens. Quorū rex Riciarius relicta infecta victoria, hostē fugiens/ in nauim
conscendit. Aduersaq; ꝓcella Cirreni ostij repercussus, Vesegotharū est manibus
redditus, miserabilē non differens mortē/ cū elemēta mutauerit. Theoderic⁹ vero
victor existens, subactis pepercit: nec vltra certamina sæuire permisit: præponens
Sueuis quos subiecerat/ dientē Achiulfum. Qui in breui animū ad pręuaricationē
ex Sueuorū suasionibus cōmutans. neglexit imperata complere: potius tyrānica ela
tione supbiens: credensq; se ea virtute ꝓuinciā obtinere, quā dudum cū dn̄o suo
eam subiecisset. Is siqdem erat Vuarnorū stirpe genitus, lōge a Gothici sanguinis
nobilitate seiunctus: idcirco nec libertati studens, nec patrono fidem seruans. Quo
comperto/ Theodericus mox contra eum qui eum de regno peruaso deijcerent;

Alani
Ligeris
Dacia.
Pannonia.
Thorismūdus
Attila fugit
Thorismund
Ascalcruus
Theodericus regnat.
Riciarius rex Sueuorum
Lusitania
Aūstrogonia:
Monumentū Scipionis
Tagus
Gnudiacus:
Hilpericus
Vrbiū flumen
Asturica
Hiberia.
Sueui fugiunt
Cirrenū ostiū.
Achiulfus
Vuarni

Remismund
Euricus rex
Maximus Im.
Gizericus rex
Marcianus Im
Maiorianus
Seuerus Imp.
Leo Impera.
Ricimer
Beurgus rex Alanorum
Riotimus rex Britanniae
Olibrius Im.
Aspar
Arduburis
Patriciolus
Glicerius Im.
Fl. Iul. Nepos
Decius

destinauit. Qui venie͂tes sine mora in primo eu͂ certamine superantes, congrua͂ facto rum eius ab eo exegerunt vltione͂. Captus na͂q͂/& suoru͂ solatio destitutus, capite plectitur: sensitq͂ tandem iratu͂ qui propitiu͂ dn͂m crediderat conte͂nendu͂. Tu͂c Sueui rectoris sui interitu͂ concerne͂tes/locoru͂ sacerdotes ad Theodericu͂ supplices direxerunt. Quos ille pontificali reuere͂tia suscipie͂s, no͂ solum impunitate͂ Sueuorum indulsit/sed & vt sibi de suo genere principe͂ co͂stituerent/flexus pietate concessit. Quod & factum est: & Remismundum sibi Sueui regulu͂ ordinaueru͂t. His peractis/paceq͂ cunctis munitis/tertiodecimo regni sui anno Theodericus occubuit. Cui frater Euricus pcupida festinatione succede͂s/sequa suspitione pulsatus est. Na͂ dum haec circa Vesegotharu͂ gente͂ & alia no͂nulla geru͂t, Valentinianus Imperator dolo Maximi occisus est: & ipse Maxim⁹ tyra͂nico more regnu͂ inuasit. Quod audiens Gizericus rex Vuandalorum, ab Affrica armata classe in Italia͂ venit: Romaq͂ ingressus/cuncta deuastat. Maximus vero fugiens/a q̇dam biso milite Romano intere͂ptus est. Post que͂, iussu Marciniani Imperatoris orie͂talis, Maiorian⁹ occide͂tale suscepit imperiu͂ gubernа͂dum. Sed & ipse no͂ diu regnans/dum co͂tra Alanos q̄ Gallias infestaba͂t mouisset pcinctum/Idergona iuxta fluuiu͂ Ira cogno me͂to occidit. Cuius locu͂ Seuerus inuasit: qui tertio anno imperij sui Romę obijt. Quod cernens Leo Imperator, q̄ in orientali regno Marciano successerat, Anthemium patriciu͂ suum ordina͂s/Romae principe͂ ordinauit. Qui veniens ilico Ricimerem generu͂ suum co͂tra Alanos direxit virum egregiu͂: & pene tunc in Italia ad exercitiu͂ singulare͂. Qui multitudine͂ Alanoru͂/ & rege͂ eorum Beurgu͂ in primo statim certamine supatos/interfectioni pstrauit. Euricus ergo Vesegotharum rex crebra͂ mutatione͂ Romanoru͂ principum cerne͂s, Gallias suo iure nisus est occupa re. Quod co͂periens Antemius Impator/ptinus solatia Britonu͂ postulauit. Quorum rex Riothimus cu͂. xij. milibus venie͂s/in Veturgas ciuitate͂ oceano e nauibus egressus/susceptus est. Ad q̇s rex Vesegotharu͂ Euric⁹ innumeru͂ ductans aduenit exercitum: diuq͂ pugna͂s/Riothimu͂ Britonum rege͂ anteq͂ Romani in eius sotietate coniungerent/supauit. Qui ampla parte exercitus amissa, cum q̇bus potuit fugiens, ad Burgundionum gente͂ vicina͂ romanis in eo tempora foederata͂ aduenit. Euricus vero rex Vesegotharu͂ Aruerna͂ Gallię ciuitate͂ occupauit. Anthemio principe ia͂ defuncto: q̄ cu͂ Ricimere genero suo intestino bello seuie͂s, Romania͂ triuisset/ipseq͂ a genero pere͂ptus, regnum reliquit Olibrio. Quo te͂pore in Constantinopoli Aspar primus patricioru͂ & Gothorum genere clarus, cu͂ Ardabure & Patriciolo filijs, illo q̇dem olim patricio/hoc aute͂ cęsare/generoq͂ Leonis principis appellato/Spadonu͂ ensibus in palatio vulneratus interijt. Et nec du͂ Olibrio. viij. mense in regnu͂ ingresso obeunte/Glicerius apud Rauenna͂ plus pręsumptio͂e q͂ electione Cęsar effectus est. Que͂ anno vix expleto/Nepos Marcellini q̇nda͂ Patricij sororis filius a regno deiicie͂s/in portu Romano episcopu͂ ordinauit. Ta͂tas varietates/mutatio͂esq͂ Euric⁹ cerne͂s, vt diximus supi⁹, Aruerna͂ occupat ciuitate͂: vbi tunc Romanoru͂ dux pręerat Decius nobilissimus senator: & dudu͂ Auiti Imperatoris q̄ ad paucos dies regnu͂ inuaserat filius. Na͂ hic ante Olibriu͂ paucos dies tenens i͂periu͂, vltro recessit placentia͂: ibiq͂ episcop⁹ est ordinatus. Huius ergo filius Decius diu certa͂s cu͂ Vesegothis, nec vale͂s antestare, relicta patria/maximeq͂ vrbe

Atuernate hosti ad tutiora se loca collegit. Quod audiens nepos Impator/ pcepit Nepos Impe:
Decio relictus Gallijs ad se venire in locũ eius Oreste magistro militũ ordinato: q Orestes
Orestes suscepto exercitu/ & contra hostes egrediens, a Roma Rauennã peruenit:
ibiq́ꝫ remoratus, Augustulũ filiũ suũ Imperatorẽ efficit. Quo cõperto Nepos fu- Augustulus C
git Dalmatias: ibiq́ꝫ defecit priuatus a regno: vbi iam Glicerius dudum Impator Glicerius
episcopatũ Salonitanũ habebat. Augustulo vero a patre Oreste in Rauenna Impe
ratore ordinato, non multũ post Odouacer Turciligorũ rex habẽs secum Scyros, Odouacer Turcilingorũ rex
Herulos, diuersarũq́ꝫ gentiũ auxiliarios, Italiã occupauit: & Oreste interfecto, Au
gustulum filium eius de regno pulsum in Luculano Cãpaniç castello exilij pœna Scyros Herulos
damnauit. Sic q̃q́ꝫ Hesperiũ Romanç gentis imperiũ, quod septingẽtesimonono Regnũ Hespe
vrbis conditæ anno primus Augustorũ Octauianus August⁹ tenere cœpit: cum riũ Romç pe/rijt
hoc Augustulo perijt anno decessorũ/ pdecessorũue regni qngẽtesimo vigesimo
secundo, Gothorum dehinc regibus Romã, Italiãq́ꝫ tenẽtibus. Interea Odouacer Odouacer
rex gentiũ omni Italia subiugata/ vt terrorẽ suum Romanis indicaret, mox initio
regni sui Brachilã comitẽ apud Rauennã occidit: regnoq́ꝫ suo cõfortato/ pene per Brachila
xiiij. annos vsq́ꝫ ad Theoderici præsentiã: de quo in subsequẽtibus dicturi sumus
obtinuit. Interim tñ ad eum ordinẽ vnde digressi sumus redeamus: & quomodo
Euricus rex Vesegotharũ Romani regni vacillationẽ cernens, Arelatũ & Massiliã
pprię subdidit ditioni. Gezericus etenim Vuãdalorum rex suis eum muneribus Gezericus
ad ista cõmittẽda illexit/ quatenus ipse Leonis vel Zenonis insidias quas cõtra eũ
direxerãt/ pcaueret. Egitq́ꝫ vt oriẽtale imperiũ Ostrogothæ, hesperiũ Vesegothæ
vastarent: vt in vtraq́ꝫ republica hostibus decernẽtibus/ ipse in Africa q̃etus regna
ret. Quod Euricus grato suscipiẽs animo/ totas Hispanias, Galliasq́ꝫ sibi iam iure Euricus.
pprio tenens/ simul quoq́ꝫ & Burgundiones subegit. Arelatoq́ꝫ degens/ decimo
nono anno regni sui vita priuatus est. Huic successit pprius filius Alaricus: qui no Alaricus
nus in numero ab illo Alarico magno regnum adeptus est Vesegotharũ. Nã pa-
ri tenore vt de Augustulo superius diximus, & in Alaricis puenisse cognoscitur:
& in eis sæpe regna deficiunt, a quorum nominibus inchoant. Quo interim nos
prætermisso, sicut promisimus, omnẽ Gothorum texamus originẽ. Et quia dum
vtręq́ꝫ gentes tam Ostrogothæ/ q̃ etiam Vesegothæ in vno essent, vt valui maio-
rum sequẽs dicta reuolui: diuisosq́ꝫ Vesegothas ab Ostrogothis ad liqdum sum
psecutus: necesse nobis est iterũ ad antiquas eorũ Scythicas sedes redire: & Ostro Ostrogothorũ genealogia
gotharũ genealogiã/ actusq́ꝫ pari tenore exponere. Quos cõstat morte Ermanari Ermanaricus.
ci regis sui decessione a Vesegothis diuisos: Hunnorũ subditos ditioni in eadẽ pa
tria remorasse, Vuinithario tñ Amalo principat⁹ sui insignia retinẽte. Qui aui Ata Vuinitharius Amalorum princeps
ulfi virtutẽ imitatus/ q̃uis Ermanarici fœlicitate inferior, tñ hæc moleste referens
Hunnorũ imperio subiacere: paulolum se subtrahebat ab illis: suãq́ꝫ dum nititur
ostentare virtutẽ, in Antoarũ fines mouit pcinctum: eosq́ꝫ dum aggredit, prima Hunni supra Gothos
cõgressione superat: deinde fortiter egit, regẽq́ꝫ eorũ Box noïe cũ filijs suis & .lxx. Box rex
primatib⁹ in exẽplo terroris cruci adfixit, vt dedititijs metu cadauera pẽdentiũ ge
minarent. Sed cũ tali libertate vix anni spatio imperasset/ nõ est passus Balãber rex Balamber rex Hunorũ
Hunnorũ, sed ascito ad se Sigismũdo Hunimũdi magni filio, qui iuramẽti sui & Sigismund
fidei memor cũ ampla parte Gothorũ Hunnorũ imperio subiacebat: renouatoq́ꝫ Hunimund

tum eo fœdere, super Vuinitharium duxit exercitum. Diucque certantibus, primo & secundo certamine Vuinithari⁹ vincit. Nec valet aliquis commemorare quantam stragem de Hunnorum Vuinitharius fecit exercitu. Tertio vero prelio subreptionis auxilio

Erac fluuius — ad fluuium nomine Erac, dum vterque ad se venissent, Balamber sagitta missa, caput Vui

Vualdamarca — nitharij sautians/ interemit: neptemque eius Vualadamarcam sibi in coniugio copulans iam omnem in pace Gothorum populum subactum possedit. Ita tamen vt genti Gothorum semper vnus proprius regulus (quamuis Hunnorum consilio) imperaret. Et mox

Hunimundus rex Gothorum — defuncto Vuinithario/ rexit eos Hunimundus filius quondam regis potentissimi Ermanarici acer in bello: totiusque corporis pulchritudine pollens. Qui post hęc contra Sueuorum gentem fœliciter dimicauit. Eoque defuncto/ successit Thorismund fi

Thorismundus rex Gothorum — lius eius flore iuuentutis ornatus: qui secundo principatus sui anno contra Gepidas mouit exercitum. Magnaque de illis potitus victoria/ casu equi dicitur interemptus. Quo defuncto/ sic eum luxere Ostrogothæ, vt. xl. per annos in eius loco rex alius non succederet/ quatenus & illius memoriam semper haberent in ore: & tempus accideret quo

Vualamir — Vualamir ambitum repararet virilem. Qui erat ex consobrino eius genitus Vuanda

Vuandalarius Berimund. — lario: quia filius eius, vt superius diximus, Berimund/ iam contempta Ostrogotharum gente propter Hunnorum dominium ad partes Hesperias Vesegotharum fuisset gentem secut⁹

Vedericus — de quo & ortus est Vedericus, Vederico quoque filius natus est Eutharicus: qui iun

Eutharicus. Amalesuentha. — ctus Amalesuenthę filię Theoderici: item Amalorum stirpem iam diuisam coniunxit:

Athalaricus — & genuit Athalaricum & Mathesuentam. Sed quia Athalaricus in annis puerilibus de

Mathesuenta. Germanus — funct⁹ est. Mathesuenta Constantinopolim inlata, de secundo viro, id est Germano fratruele Iustiniani Imperatoris genuit posthumum filium/ quem nominauit Germanum Sed nobis, vt ordo quem cupimus decurrat, ad Vuandalarij sobolem quæ trino flore

Vuandalarius — pullulabat/ redeundum est. Hic etenim Vuandalarius fratruelis Ermanarici, & superscripti Thorismundi consobrinus tribus editis liberis/ in gente Amala gloriat⁹

Vualamir Theodemir Vuidemir — est: id est Vualamir, Theodemir, Vuidemir. Ex quibus per successionem parentum Vualamir in regnum conscendit, adhuc Hunis eos inter alias gentes generaliter obtinentibus. Eratque tunc in tribus his Germanis contemplatio grata, quando mirabilis Theode

Hic Theodemir pater Theoderici regis — mir pro fratribus Vualamir militabat imperio. Vualamir vero pro altero iubet ornando: Vuidimir seruire pro fratribus estimabat. Sic eis mutua affectione se tuentibus, nulli penitus deerat regnum: quod vtrique in sua pace tenebant. Ita tamen vt sæpe dictum est/ imperabant, vt ipsi Attilę Hunnorum regis imperio deseruirent. Quib⁹ ne contra parentes Vesegothas licuisset recusare certamen/ sed necessitas domini etiam si parricidium iubet/ implendum est. Nec aliter ab Hunnorum dominio diuelli potuit gens aliqua Scythica/ nisi optata cunctis nationibus in commune & Romanis, mors At

Attila moritur. — tilę peruenerit: quæ tam vilis fuit vt vita mirabilis. Qui, vt Priscus historicus refert,

Ildico — extinctionis suę tempore puellam Ildico nomine decoram valde: sibi in matrimoni

Quam plures habuit vxores — um post innumerabiles vxores, vt mos erat gentis illius, sotians: eiusque in nuptijs magna hilaritate resolutus, vino somnoque grauatur/ resupinus iacebat: redundansque sanguis qui ei solite de naribus effluebat: dum consuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapsus eum extinxit. Ita glorioso per bella regi temulentia pudendum exitum dedit. Sequenti vero luce cum magna pars diei fuisset exempta, ministri regij tristes aliquid suspicantes, post clamores maximos fores effringunt: inueniuntque Attilæ

sine vulnere necē sanguinis effusione peractam, puellāq; dimisso vultu sub velami ne lachrymantē. Tunc, vt illius gentis mos est, criniū parte truncata/ informes facies cauis turpauere vulneribus: vt præliator eximius non fœmineis lamentationibus & lachrymis/ sed sanguine lugeret virili. De quo id accessit mirabile/ vt Martiano principi oriētis de tā feroci hoste sollicito in somnis diuinitas adsistens, arcū Attilę in eadē nocte fractū ostēderet: quasi q̄ gens ipsa eo telo multa p̄sumat. Hoc Priscus historic⁹ vera se dicit attestatiōe ꝓbare. Nā in tantū magnis imperijs Attila terribilis habitus est/ vt eius mortē in locū muneris sup̄na regnātibus indicarēt. Cuius manes quibus modis a sua gente honorati sunt/ pauca de multis dicere nō omittamus. In medijs siqdem cāpis/ & intra tentoria serica cadauere collocato/ spectaculum admirādum/ & solēniter exhibet̄. Nā de tota gēte Hunnorū electissimi eq̄tes in eo loco q̄ erat posit⁹, in modū Circensiū cursibus ambiētes, facta eius cātu funereo tali ordine referebāt. Pręcipu⁹ Hunnorū rex Attila patre genitus Mundzucco, fortissimarū gentiū dn̄s. Qui inaudita ante se potētia solus Scythica & Germanica regna possedit. Necnō vtraq; Romanæ vrbis imperia captis ciuitatib⁹ terruit: & ne pręde reliqua subderent̄/ placatus p̄cibus, annuū vectigal accepit. Cūq; hęc oīa ꝓuētu fœlicitatis egerit/ nō vulnere hostiū, non fraude suorū, sed gēte incolome inter gaudia lętus, sine sensu doloris occubuit. Quis ergo hunc dicat exitū quē nullus ęstimat vindicādum? Postq; talibus lamētis est defletus/ strauā sup̄ tumulum eius quā appellāt ipsi, ingenti cōmessatione concelebrāt: & contraria inuicem sibi copulantes, luctum funereū mixto gaudio explicabāt: noctuq; secreto cadauer est terra reconditū. Cuius fercula primū auro, secūdo argēto, tertio ferri rigore cōmuniunt: significātes tali argumēto potētissimo regi oīa conuenisse. Ferrū quo gentes edomuit: aurū & argentū/ q̄ ornatū reipublicæ vtriusq; acceperit. Addunt arma hostiū cędibus acq̄sita: faleras vario gemmarū fulgore p̄ciosas: & diuersi generis insignia, q̄bus colit̄ aulicū decus. Et vt tot/ & tantis diuitijs humana curiositas arceret̄, operi deputatos detestabili mercede trucidarūt: emersitq; momētanea mors sepeliētib⁹ cū sepulto. Talibus peractis, vt solent animi iuuenū, ambitu potentiæ cōcitari inter successores Attilę de regno orta contētio est: & dum inconsulti imperare cupiunt cuncti, oēs simul imperiū ꝑdidere. Sic frequēter regna grauat plus copia/ q̄ inopia successorū. Nam filij Attilæ quorū per licentiā libidinis pene populus fuit, gentes sibi diuidi ęqua sorte poscebāt: vt ad instar familię bellicosi regis cū populis mitterent̄ in sortē. Quod dum Gepidarū rex cōperit Ardaricus, de tot gentibus indignatus/ velut vilissimorū mancipiorū conditione tractari contra filios Attilę primus insurgit: illatūq; seruiendi pudorē secura fœlicitate detersit: nec solū suā gentem/ sed & cęteras quę pariter premebant̄, sua discessione absoluit: quia facile oēs appetunt, q̄ pro cunctorum vtilitate temptant̄. In mutuū igit̄ armant̄ exiciū: bellumq; cōmittit̄ in Pannonia, iuxta flumen cui nomen est Necad. Illic cōcursus fact⁹ est gentiū variarū, quas Attila in sua tenuerat ditiōe. Diuidunt̄ regna cū populis: fiuntq; ex vno corpore mēbra diuersa: nec quę vnius passioni cōpaterent̄, sed quæ exciso capite inuicē insanirēt. Quæ nunq; contra se pares inuenerant/ nisi ipsi mutuis se vulneribus sauciantes/ seipsas discerperēt fortissimę natiōes. Nam ibi admirādum reor fuisse spectaculum, vbi cernere erat cunctis, pugnantē

Marcianus C.

Pompa funebris super Attila defuncto.

Lamētatio in morte regis Attilę

Straua

Ardaricus rex Gothorum.

Bellū in Pannonia Necad

Gothum ense furentem, Gepidam in vulnere suorum cuncta bella frangentē, Sueuum pede, Hunnum sagitta præsumere. Alanum graui Erulum/leui armatura aciem instruere. Post multos ergo/grauesq; conflictus fauit Gepidis inopinata victoria. Nam. xxx. fere milia tam Hunnorum/q̄ aliarum gentiū quæ Hunnis ferebant auxiliū, Ardarici gladius/conspiratorūq; peremit. In quo prelio filius Attilę maior natu/nomine Ellac occidit̄: quem tantū pater super cęteros amasse perhibebatur: vt eum cunctis/diuersisq; filijs suis in regno prębferret. sed non fuit voto patris fortuna consentiens. Nam post multas hostiū cędes sic viriliter eū cōstat peremptū/ vt tā gloriosum supstes pater optasset interitū. Reliqui vero Germani ei⁹ eo occiso fugant̄ iuxta littus Pontici maris: vbi prius Gothos sedisse descripsimus. Cessere itaq; Hunni, quibus cedere putabat̄ vniuersitas. Adeo discidiū perniciosa res est/vt diuisi corruerint, qui adunati viribus territabant. Hæc causa Ardarici regis Gepidarum fœlix adfuit diuersis nationibus, qui Hunnorū regimini inuiti famulabantur: eorumq; diu mœstissimos animos ad hilaritatē libertatis votiuā erexit. Venientesq; multi per legatos suos ad solum Romanorum: & a principe tunc Martiano gratissime suscępti, distributas sedes quas incolerent/accepere. Nam Gepide Hunnorum sibi sedes viribus vendicantes/totius Daciæ fines velut victores potiti, nihil aliud a Romano Imperio/nisi pacem & annua solennia vt strenui viri amica pactione postulauere. Quod & libens tunc annuit Imperator, & vsq; nunc consuetum donū est. Nam gens ipsa a Romano suscipiet principe. Gothi vero cernentes Gepidas Hunnorū sedes sibi defendere, Hunnorūq; populum suas antiquas sedes occupare: maluerūt a Romano regno terras petere/ q̄ cum discrimine suo inuadere alienas: accipientes Pannoniā: quæ in longa porrecta planicie habet ab oriente Mœsiam superiorem: a meridie Dalmaciā: ab occasu Noricū: a septentrione Danubiū. Ornata patria ciuitatibus plurimis: quarū prima Sirmis, extrema Vindomina. Sauromate vero quos Sarmatas diximus, & Cenādri, & quidam ex Hunnis in partem Illirici ad castra Marcenā sedes sibi datas coluere. Ex quo genere fuit Bliuilas dux Pentepolitan⁹: eiusq; Germanus Froilas: & nostri tēporis Bessa patricius. Sciri vero & Satagarij, & cæteri Alanorū cum duce suo nomine Candax Scythiā minorem, inferiorēq; Mœsiā accepere. Cuius Candicis Alandouuamuthis patris mei genitor Perialdes meus auus: notarius quousq; Candax ipse viueret/fuit: eiusq; Germanę filius Gunthigis, qui & Baza dicebat̄, magister militū filius Andagis/filij Andalæ, de ꝓsapia Amalorum descendens. Ego item (q̄uis Agramatus) Iornandis, ante conuersionē meam notarius fui. Rugi vero/alięq; nationes nonnullę Biozimetas, Scandiopolim, vt incolerent/petiuere. Hernac quoq; iunior Attilę filius cum suis in extremo minoris Scythiæ sedes delegit. Emnedzar & Vzindur cōsanguinei eius in Dacia ripense Vto & Iscalmus qui ea potiti sunt: multiq; Hunnornm passim proruentes tunc se in Romaniam dederunt. E q bus nunc vsq; Sacromontisij & Fosatisij dicuntur. Erant siquidem & alij Gothi qui dicunt̄ Minores, populus immensus cum suo pontifice, ipsoq; primate Vulfila: qui eis dicitur & literas instituisse: hodieq; sunt in Mœsia regione incolentes Eucopolitanā. Ad pedes enim montis gens multa sedit pauper & imbellis, nihil abundans/ nisi armento diuersi generis pecorū: & pascua, siluaq; lignorum

Filius Attilæ occiditur Ellac

Prostrati Hunni

Martianus

Dacia.

Vbi sita Pannonia est

Bliuilas Froilas

Candax.

De parētibus Iornandis Gunthigis Baza Nomen scriptoris huius operis. Rugi Hemac Attilę filius

Hi & alij Gothi quorū Vulfila pontifex fuit.

parũ habens tritici, cęterarũ specierũ est terra fœcunda. Vineas vero nec si sunt alibi, certi eorũ cognoscent, ex vicinis locis sibi vinũ negotiantes: nam lacte alunt. Plęrique ergo, vt ad gentẽ vnde agit reuertamur, id est Ostrogotharũ, q in Pannonia sub rege Vualamir, eiusque germanis Theodemir & Vuidimir morabant: quamuis diuisa loca, cõsilia tñ habuere vnita. Nam Vualamir inter Scarniungã & Aquã nigram fluuios, Theodemir iuxta lacũ Pelsodis, Vuidimir inter vtrosque manebat. Contigit ergo vt Attilę filij contra Gothos quasi desertores dominationis suæ velut fugacia mancipia reqrẽtes venirẽt, ignarisque alijs fratribus, super Vualamir solũ irruerẽt. Quos tñ ille quamuis cũ paucis excepit: diuque fatigatos ita prostrauit, vt vix pars aliqua hostiũ remaneret. Quæ in fugã versa, eas partes Scythiæ peteret, quas Danubij amnis fluenta prętermeãt: quę lingua sua Hunniuar appellant. Eoque tpe cũ ad fratrem Theodemirẽ gaudij nuntiũ direxisset, eo mox die nuntius veniens fœlicius in domo Theodemiris repperit gaudiũ. Ipso siqdẽ die Theodericus eius filius quamuis de Erelieua concubina, bonę tñ spei puerulus natus erat. Post tẽpus ergo non multũ rex Vualamir, eiusque germani Theodemir & Vuidimir, consueta dum tardarent dona a principe Martiano, quę ad instar strẽnuę gentis acceperũt, vt pacis fœdera custodirent: missa legatione ad Imperatorẽ, vident Theodericum Triarij filiũ, & hunc genere Gothico, alia tamen stirpe nõ Amala procreatũ: omnino florentẽ cũ suis, Romanorũque amicitijs iunctum: & annua solennia consequentem, & se tñ despici: ilico furore cõmoti, arma arripiunt: & Illiricũ pene totũ discurrentes, in prędam deuastant. Sed statim Imperator animo mutato, ad pristinã recurrit amicitiã: missaque legatione, tam præterita cũ instãtibus munera tribuit, quam etiã de futuro sine aliqua cõtrouersia tribuere cõpromittit: pacisque obsidem ab eis quẽ supra retulimus Theodericũ infantulũ Theodemiris accepit. Qui iã annorũ septem incrementa conscendens, octauum intrauerat annũ. Quẽ dum pater cunctatus daret, patruus Vualemir extitit supplicator, tantũ vt pax firma inter Romanos Gothosque maneret. Datus igit Theodericus obses a Gothis, ducit ad vrbem Constantinopolitanã Leoni principi: & quia puerulus elegans erat, meruit gratiã Imperialẽ habere. Postque ergo firma pax Gothorũ cum Romanis effecta est: videntes Gothi nõ sibi sufficere ea quæ ab Imperatore acciperent solatia, simulque cupientes ostentare virtutẽ: cœperũt vicinas gentes circũ circa prędari. Primo contra Satagas qui interiorẽ Pannoniã possidebat arma mouentes. Quod vbi rex Hunnorũ Dinzio filius Attilę cognouisset, collectis secũ qui adhuc videbant, quamuis pauci, eius tamen sub imperio remansisse Vlzzingures, Angisciros, Bittugores, Bardores, veniens ad Bassianã Pannonię ciuitatẽ: eamque circũuallans, fines eius cœpit prædari. Quo comperto Gothi vbi erant, expeditionẽque soluentes quã contra Satagas collegerant, in Hunnos conuertunt: & sic eos suis a finibus inglorios pepulerũt: vt iam ex illo tempore qui remanserant Hunni & vsque hactenus, Gothorũ arma formident. Quiescente vero tandem Hunnorũ gente a Gothis, Hunnimũdus Sueuorũ dux dum ad prędandas Dalmatias transit, armenta Gothorũ in cãpis errantia deprędauit: quia Dalmatijs Sueuia vicina erat: nec a Pãnonijs multũ distabat: pręsertim vbi tunc Gothi residebant. Quid plurimũ? Hunnimũdo cum Sueuis vastatis Dalmatijs ad sua reuertente, Theodemir germanus Vualameris regis Gothorũ

Q. Theodericus de Verona ex concubina sit natus

Theodericus obses datus

Sueuia vbi fuerit

non tantũ iacturam armentorũ dolens, quantũ metuẽs ne Sueui si impune hoc lu
crarent/ad maiorẽ licentiã ꝓsilirent: sic vigilauit in eorũ transitu/ vt intẽpesta no-
cte dormientes inuaderet ad lacũ Pelsodis: consertoq́ꝫ inopinato prelio, ita eos op
pressit/vt etiã ipso rege Hunnimũdo capto/omnem exercitũ eius qui gladiũ eua-
sissent/Gothorũ subderet seruituti. Et dum multũ esset amator misericordię, facta
vltione/veniã condonauit: reconciliatusq́ꝫ cũ Sueuis/eũdem quẽ ceperat adoptãs
sibi filiũ/remisit cũ suis in Sueuiã. Sed ille immemor paternæ gratię, post aliquod
tempus conceptũ dolum parturiens, Scirorũ gentẽ incitauit: qui tunc supra Danu
biũ considebant, & cũ Gothis pacifice morabant̃: quatenus scissi ab eorũ fœdere/
secũq́ꝫ iuncti/in arma ꝓsilirent: gentẽq́ꝫ Gothorũ inuaderent. Tunc Gothis nihil
mali sperantibus, præsertim de vtrisq́ꝫ amicis vicinis confisis, bellũ insurgit ex in-
prouiso: coactiq́ꝫ necessitate/ad arma confugiũt: solitoq́ꝫ certamine arrepto/ se su-
amq́ꝫ iniuriã vlciscunt̃. In eo siqdem prelio rex eorũ Vualamer dum equo insidẽs
ad cohortãdos suos ante aciẽ curreret, proturbatus equus corruit, sessorẽq́ꝫ suũ de
iecit. Qui mox inimicorũ lanceis cõfossus/interẽptus est. Gothi vero tam regis sui
mortem/q̃ꝫ suam iniuriã a rebellionibus exigẽtes ita sunt præliati/vt pene de gen
te Scirorũ nisi qui nomen ipsum ferrent, & hic cũ dedecore nõ remãsissent: sic om
nes extinxerũt. Quorũ exitium Sueuorũ reges Hunimundus & Alaricus veriti, in
Gothos arma mouerũt: freti auxilio Sarmatarũ: qui cum Beuga & Babai regibus
suis auxiliarijs eorũ deuenissent/ipsasq́ꝫ Scirorũ reliquias quasi ad vltionẽ suã acri⁹
pugnaturas accersientes cũ Edica & Vuulfo eorũ primatibus, habuerũt simul se-
cum tam Gepidas/q̃ꝫ ex gente Rugorũ non parua solatia. Cęterisq́ꝫ hincinde col-
lectis/ingentẽ multitudinẽ aggregantes/ad amnem Bolliã in Pannonijs castrame
tati sunt. Gothi tunc Vualamire defuncto, ad fratrẽ eius Theodemer confugerũt.
Qui q̃uis dudum cum fratribus regnans/tñ auctioris potestatis insignia sumẽs,
Vuidemeri fratre iuniore accito, & cũ ipso curas belli partit⁹, coactus ad arma ꝓ-
siluit. Consertoq́ꝫ prelio/superior pars inuenit̃ Gothorum/adeo vt campus inimi
corum corruentiũ cruore madefactus/ vt rubrũ pelagus appareret. Armaq́ꝫ & ca-
dauera in modum colliũ cumulata, campũ plusq́ꝫ decem milibus oppleuerũt. Qđ
Gothi cernentes/ineffabili exultatione lętant̃: eo q̃ regis sui Vualameris sanguinẽ
& suã iniuriam cũ maxima inimicorũ strage vlciscerent̃. De innumerãda vero va-
riaq́ꝫ multitudine hostiũ qui valuerunt euadere, effugati vix ad sua inglorij perue
nerunt. Post certũ vero tẽpus instanti hiemali frigore/amneq́ꝫ Danubij solite con
gelato: nam istiusmodi fluuius ita rigescit/vt in silicis modum vehat exercitũ pede
strem, plaustraq́ꝫ & triaculas, vel quicquid vehiculi fuerit: nec cimbarum indigeat
lintre: sic ergo eum gelatũ Theodemir Gothorũ rex cernens, pedestrem ducit ex-
ercitũ: emensoq́ꝫ Danubio/Sueuis improuisus a tergo apparuit. Nã regio illa Sue
uorũ ab oriente Baiobaros habet: ab occidente Francos: a meridie Burgundiones
a septentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemãni etiã aderãt: ipsiq́ꝫ
alpes erectas omnino regẽtes. Vnde nõnulla fluenta Danubio influunt, nimio cũ
sono vergẽtia. Hic ergo taliter munito loco, Theodemir rex hiemis tempore Go-
thorũ ductauit exercitũ: & tam Sueuorũ gentem/q̃ꝫ etiam Alemãnorũ vtrasq́ꝫ ad
inuicem fœderatas deuicit, vastauit, & pene subegit. Inde quoq́ꝫ victor ad ꝓprias

[Margin notes:]
acri pugnaturos
forte Vuidemire
Q. Danubius congeletur.
Qualiter re/gio Sueuorũ sita est, & Alemãnis coniũcta

sedes, id est Pannonias reuertens, Theodericũ filiũ suũ quẽ Constãtinopolim ob fidẽ dederat, a Leone Imperatore remissum, cũ magnis munerib⁹ gratãter excepit. Qui Theodericus iã adolescẽtiæ annos contingens / expleta pueritia / octauũ decimum peragens annũ, ascitis satellitibus patris, ex populo amatores sibi clietesq; cõsotiauit / pene sex milia viros: cũ qb⁹ inscio patre emenso Danubio / sup Babai Sarmatarũ regem discurrit: qui tũc de Camũdo duce Romanorũ victoria potitus, superbię tumore regnabat: eũq; supueniẽs Theodericus interemit: familiãq; & censum deprædans, ad genitorẽ suũ cũ victoria repedauit. Singidonũ dehinc ciuitatẽ quã ipsi Sarmatę occupassent / inuadens: non Romanis reddidit / sed suę subdidit ditioni. Minuentibus deinde hincinde vicinarũ gentiũ spolijs, cœpit & Gothis victus / vestitusq; deesse: & hoĩbus qbus dudum bella Alimoniã præstitissent, pax cœpit esse cõtraria. Omnesq; cũ clamore magno ad regem Theodemir accedentes Gothi orant, quacũq; parte vellet ductaret exercitũ. Qui accito Germano, missaq; sorte / hortatus est vt ille in partẽ Italiæ, vbi tũc Glicerius regnabat Imperator, ipse vero ceu fortior ad fortius regnũ accederet orientale qdem. Quod & factum est. Et mox Vuidemir Italię terras intrauit: extremũ fati munus reddens, excessit rebus humanis: successorẽ relinquens regni Vuidemir filiũ suũ. Quẽ Glicerius Imperator muneribus datis / de Italia ad Gallias transtulit: quæ a diuersis circũ circa gentibus premebant̃: adserẽs vicinos sibi Vesegothas eorũ parẽtes regnare. Quid multa? Vuidemir acceptis muneribus, simulq; mandatis a Glicerio Imperatore, Gallias tendit: seseq; cũ parẽtibus iungens Vesegothis / vnũ corpus efficit: & sic Gallias, Hispaniasq; tenentes / suo iure defendunt, vt nullus sibi alius præualeret. Theodemir aũt frater senior cũ suis transit Saum amnẽ: Sarmatis / militibusq; interminans bellum si aliqs obstaret ei. Quod illi verentes / quiescũt: imo nec præualent ad tantam multitudinẽ. Vidẽs Theodemir vndiq; sibi ꝓspera ꝓuenire, Naissum primã vrbẽ inuadit Illyrici: filioq; suo Theoderico consotiatus adstat: & in villã comites per castrũ Herculis transmittit Vlpianã. Qui veniẽtes, tam eam / q; & opes mox in deditionẽ accipiunt: nõnullaq; loca Illirici inaccessibilia sibi tunc primũ peruia faciunt. Nam Eracliã & Larissam ciuitates Thessaliæ primũ præda capta / iure bellico potiunt̃. Theodemir vero rex animaduertẽs tam fœlicitatẽ suam / q; etiam filij, nec hac tm̃ contẽtus, egrediens Naisitanã vrbem, paucis ad custodiam derelictis, ipse Thessalonicã petijt: in qua Clarianus patricius a principe directus / cũ exercitu morabat̃. Qui dũ videret vallo muniri Thessalonicã, nec se eorũ conatibus posse resistere, missa legatiõe ad Theodemir regẽ, muneribusq; oblatis ab obsidione eum vrbis retorquet. Initoq; fœdere / Romanus ductor cũ Gothis loca eis iam sponte quæ incolerent / tradidit: id est Ceropellas, Europam, Medianã, Petinã, Bereũ, & alia quæ Sium vocant̃. Vbi Gothi cũ rege suo armis depositis / cõposita pace quiescunt. Nec diu post hæc & rex Theodemir in ciuitate Cerras fatali egritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodericũ filiũ regni sui designat hęredem: & ipse mox rebus humanis excessit. Theodericũ vero genti suę regem audiẽs ordinatũ Imperator Zeno / gratũ suscepit: eiq; euacatoria destinata, ad se in vrbẽ venire præcepit: dignoq; suscipiẽs honore, inter ꝓceres sui palatij collocauit. Et post aliquod tempus ad ampliandum honorem eius in arma, sibi eum filiũ adoptauit: de suisq; sti

Theodericus reuertitur ad patrem

Theoderici primũ bellum cũ esset. xviij. annorum

Glicerius Imperator

Zeno Imperator

pendijs triumphũ in vrbe donauit.Factusq́ʒ est consul ordinarius: quod summũ bonũ,primũq́ʒ in mundo decus edicit:nec tm̃ hoc/sed etiã equestrem statuam ad famam tanti viri ante regiã palatij collocauit.Inter hęc ergo Theodericus Zenõis imperio fœdere sotiatus, dum ipse in vrbe bonis omnibus frueret, gentemq́ʒ suã in Illirico, vt diximus residentẽ,non omnino idoneã/aut refertã audiret:elegit potius solito more gentis suę labore quęrere victum,q̃ʒ ipse ociose frui regni Romani bona, & gẽtẽ suã mediocriter victitare:secũq́ʒ deliberãs/ad principẽ ait. Quis nihil deest nobis imperio vestro famulãtibus, tm̃ si dignũ ducit pietas vestra, desideriũ mei cordis libenter exaudiat.Cũq́ʒ ei vt solebat/familiariter facultas fuisset loquendi concessa,Hesperia inquit plaga,quæ dudum decessorũ/ ꝓdecessorũue vestrorũ regimĩe gubernata est:& vrbs illa caput orbis & domina:quare nũc sub regis Turcilingorũ & Rugorũ tyrannide fluctuat?Dirige me cũ gente mea si pręcipis/vt hic expensarũ pondere careas,& ibi si adiutus a dño vicero/ fama vestræ pietatis irradiet.Expedit nãq́ʒ vt ego q sum seruus vester & filius,si vicero, vobis donantibus/regnũ illud possideã:haud ille quẽ non nostis,tyranni iugo senatum vestrũ/ partẽq́ʒ reipublicę captiuitatis seruitio premat. Ego.n.si vicero/vestro dono/vestroq́ʒ munere possidebo.Si victus fuero/vestra pietas nihil amittit: imo vt diximus, lucrat expensas.Quo audito/q̃ʒuis egre ferret imperator discessum eius, nolens tñ eum contristare, annuit quæ poscebat:magnisq́ʒ ditatũ muneribus, dimisit a se:senatũ/populumq́ʒ ei commendans Romanũ.Igitur egressus vrbe regia Theodericus:& ad suos reuertens/omnẽ gentem Gothorũ,quæ tñ ei præbuerat consensum/assumẽs.Hesperiam tendit:rectoq́ʒ itinere per Sirmas ascendit, vicina Pannonię.Indeq́ʒ Venetiarũ fines ingressus,ad pontẽ Sontio nũcupatũ castra metatus est.Cũq́ʒ ibi ad reficienda corpora hoĩm/ iumentorũq́ʒ aliquanto temporẽ resedisset,Odouacer armatũ contra eum direxit exercitũ.Quem ille ad cãpos Veronenses occurrẽs,magna strage deleuit:castrisq́ʒ solutis,finibus Italię cũ potiorẽ audacia intrat,transactoq́ʒ Pado amne/ad Rauennã regiã vrbem castra componit tertio fere miliario ab vrbe loco qui appellat Pineta.Quod cernens Odouacer,intus se in vrbe communit.Indeq́ʒ subreptiue noctu frequẽter cũ suis egrediens, Gothorum exercitũ inquietat.Et hoc nõ semel/nec iterũ/sed frequenter,& pene molitur toto triennio.Sed frustra laborat:quia cuncta Italia dominũ iam dicebat Theodericũ & illius ad votũ res illa publica obsecundabat. Tantũ ille solus cũ paucis satellitibus/& Romanis qui aderant,& fame & bello quotidie intra Rauennã laborabat.Quod dum nihil ꝓficeret,missa legatione/veniã supplicat.Cui & primũ concedens Theodericus,postmodum ab hac luce priuauit.Tertioq́ʒ vt dixim⁹ anno ingressus in Italiã,Zenonisq́ʒ imperatoris consulto priuatim habito:suęq́ʒ gentis vestitũ reponens,insigne regij amictus quasi iam Gothorũ/ Romanorũq́ʒ regnator adsumit.Missaq́ʒ legatiõe ad Lodoin Francorũ regem,filiã eius Audefledam sibi in matrimonio petit.Quam ille grate libenterq́ʒ concessit:suos filios Idepertum & Celdepertũ,& Thuidepertũ credens hac sotietate cum gente Gothorũ inito fœdere sotiari.Sed non adeo pacis ad concordiam profuit ista coniunctio: quia sępenumero ꝓpter Gallorum terras grauiter inter se decertati sunt: & nunq̃ʒ Gothus Frãcis cessit, dum viueret Theodericus.Anteq̃ʒ ergo de Audefleda sobo-

Postulatio Theoderici

forte prædecessorum

Odouacer moritur

Theodericus Audefledæ in matrimonio iungitur

lem haberet, naturales ex concubina quas genuisset adhuc in Mœsia filias habuit: vnam nomine Theudicodo, & aliam Hostrogotho. Quas mox vt in Italiam venit: regibus vicinis in coniugio copulauit: id est vnam Alarico Vesegotharum, & aliam Sigismundo Burgūdionum. De Alarico ergo natus est Amalarius. Quem auus Theodericus in annis puerilibus vtroq; parente orbatū dum fouet atq; tuetur, comperit Eutharicum Vuiterici filium, Beremūdi & Toresmundi nepotem, Amalorum de stirpe descendentem, in Hispania degere: iuuenili ętate, prudentia & virtute, corporisq; integritate pollentem. Ad se eum facit venire: eiq; Amalasuētham filiam suam in matrimonio iungit. Et vt ad plenum progeniem suam dilataret, Amalafredam germanam suam / matrē Theodati, qui postea rex fuit Africæ, regi Vuandalorum coniugem dirigit Trasemundo: filiamq; eius neptem suā Amalabergā Thuringorū regi consotiat Hermenfredo. Petzamin quoq; suum comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmiēsem dirigit ciuitatē. Quam ille expulso rege eius Transarico, filio Trafstile, retēta eius matre obtinuit. Indeq; contra Sabinianum Illiricū magistrum militiæ: qui tunc cum Mūdone parauerat conflictum, ad ciuitatem cognomine Margoplano: quę inter Danubium / Marcianumq; flumina adiacebat, cum duobus milibus peditum, equitibus quingentisq; in Mundonis solatia veniens, Illiricianū exercitū demolliuit. Nam hic Mūdo Atilanis quondam origine descēdens, Gepidarū gentem fugiens, vltra Danubium in incultis locis, sine vllis terræ cultoribus debacchat. Et plęrisq; abactoribus, Scamarisq; & latronibus vndecūq; collectis, turrim quæ Herta dicit, supra Danubij ripam positam occupans: ibiq; agresti ritu prædans vicinos, regem se suis grassatoribus nuncupat. Hunc ergo pene desperatū (etiam de traditiōe sua deliberantē) Petza subueniens, e manibus Sabiniani eripuit: suoq; regi Theoderico cum gratiarum actione fecit subiectum. Non minorē trophęū de Francis per Hibbam suum comitem in Gallijs acquisiuit: plus. xxx. milibus Francorū in prælio cæsis. Nam & Thiodem suum armigerū post mortem Alarici generi / tutorē in hispaniæ regno Amalarici nepotis constituit. Qui Amalaricus in ipsa adolescentia Francorū fraudibus irretitus / regnū cum vita amisit. Post quem Thiodis tutor eiusdem regnū ipsum inuadens / Francorum insidiosam calumniam de Hispanijs pepulit: & vsq; dum viueret / Vesegothas continuit. Post quem Thiodigisglossa regnū adeptus, non diu regnans / defecit: occisus a suis. Cui succedens Hactenusagil / continuat regnum. Contra quem Athanagildus insurgens / Romani regni concitat vires. Vbi & Liberius patricius cum exercitu destinatur. Nec fuit in parte occidua gens quæ Theoderico dum viueret / aut amicitia / aut subiectione nō deseruiret. Sed postq; ad senium peruenisset / & se in breui ab hac luce egressurum cognosceret / conuocans Gothos comites / gentisq; suæ primates / Athalaricum infantulum adhuc vix decennem filium filiæ suæ Amalasuenthæ: qui Eutharico patre orbatus erat / regē constituit: eisq; in mandatis ac si testamentali voce denuntians / vt regem colerent, Senatū / populumq; Romanum amarent: principemq; oriētalem / placatū semper ꝓpiciūq; haberent. Quod præceptū q̄diu Athalaricus rex / eiusq; mater viueret / in omnibus custodientes / pene per octo annos in pace regnarunt: q̄uis Francis de regno puerili desperātibus, imo in contēptu habentib⁹, bellaq; parare molientis.

als Hactetiu / sagil

tibus/q̄ pater & auus Gallias occupasset, eis concessit. Cętera in pacis tranquillitate possessa. Dum ergo ad spem iuuẽtutis Athalaricus accederet, tam suã adolescentiam/q̄ matris viduitatẽ orientis principi cõmendauit: sed in breui infœlicissimus immatura morte præuentus, rebus humanis excessit. Tũ mater ne pro sexus sui fragilitate a Gothis sperneret secũ deliberans/ Theodatũ consobrinũ suũ germanitatis gratia accersitũ a Tuscia, vbi priuata vita degens, in laboribus ꝓprijs erat, in regnum collocauit. Qui immemor cõsanguinitatis post aliquantũ tempus a palatio Rauennate abstractã, in insulã laci Bulsinensis eã exilio relegauit. Vbi paucissimos dies in tristicia degens, ab eius satellitibus in balneo est strangulata. Quod dũ Iustinianus Imperator orientalis audisset/ quasi susceptorũ suorũ mors ad suam iniuriam redundaret, sic est cõmotus. Eodem nãq̄ tempore de Africa a Vuandalis cũ per fidelissimũ suum Belisariũ patriciũ reportaret triumphũ, nec mora, in ipso tempore madentibus adhuc armis cruore Vuandalico, contra Gothos per eundẽ ducẽ mouit ꝓcinctum. Qui dux prudentissimus haud secus arbitraſ Getharũ subigere populum/ nisi prius nutricẽ eorũ occupasset Siciliã. Quod & factum est. Trinacriamq̄ ingresso/ mox Gothi qui Siracusanũ oppidum insidebant, videntes se nihil pręualere, cũ suo duce Sinderich vltro se Belisario dediderũt. Cũq̄ ergo Romanus ductor Siciliã peruasisset, Theodatus cõperiens Euermor generũ suum cũ exercitu ad fretũ quod inter Campaniã/ Siciliãq̄ interiacet, & de Tyrreni maris sinu vastissimus Hadriatic⁹ ęstus euoluit/ custodiendũ dirigit. Vbi cũ Euermor accessisset, ad Regiũ oppidum castra cõposuit. Nec mora, deterioratã causam cernẽs suorũ, ad ptes Victoris cũ paucis & fidelissimis famulis cõscijs mouit: vltroq̄ se Belisarij pedibus aduoluens, Romani regni optat seruire principibus. Qd' Gothorũ exercitus sentiens, suspectum Theodatũ clamitat regno pellendum: & sibi ductorem suũ Vuitigis qui armiger eius fuerat/ in regẽ leuãdum. Quod & factum est. Et mox in campis Barbaricis Vuitigis in regnũ leuatus, Romã ingredit: præmissisq̄ Rauennã fidelissimis sibi viris, Theodati necẽ demandat. Qui venientes, imperata sibi perficiunt: & occisum Theodatũ regem, qui a rege missus adueniebat, vt adhuc in campis Barbaricis erat, Vuitigen populis nunciant. Inter hæc Romanus exercitus emẽso freto, Campaniã accedens, subuersaq̄ Neapoli, Romã ingreditur. Vnde ante paucos dies rex Vuitigis egressus, Rauennã ꝓfectus, Mathesuẽtam filiã Amalasuenthe, Theoderici quondam regis neptẽ sibi in matrimoniũ sociarat. Cũq̄ his nouis nuptijs delectatus, aulam regiã fouet Rauennę. Romæ egressus imperialis exercitus, munita vtriusq̄ Tusciæ loca inuadit. Quod cernens per nuntios Vuitigis, Cumunilam ducem Gothorum manu armis conserta mittit Perusiam. Vbi dum magnum comitem cum paruo exercitu residentem, obsessione longa euellere cupiunt: superueniente Romano exercitu, ipsi euulsi/ & omnino extincti sunt. Quod audiens Vuitigis, vt leo furibundus/ omnem Gothorum exercitum congregat. Rauennamq̄ egressus/ ROMANAS arces obsidione longa fatigat. Sed frustrata eius audacia/ post. xiiij. menses ab obsidione Romanę vrbis aufugit: & se ad Ariminẽsem oppressionem præparat. Vnde pari tenore frustratus, fugatusq̄, RAVENNAM se recepit. Et obsessus: nec mora, vltro se ad partes dedit Victoris, cum MATHESVENTA iugali, regiasq̄ opes. Et sic fa-

mosum regnū, fortissimāq; gentem diuq; regnantē, tandem deinde millesimo & trecentesimo anno victor gentium diuersarū Iustinianus Imperator per fidelissimū consulem vicit Belisariū: & per ductū Vuitigis Constantinopolim Patricij hono re donauit. Vbi plus biennio demoratus, Imperatorisq; in affectu conuictus/ rebus excessit humanis. Mathesuentā vero iugalem eius fratri suo Germano patricio cōiunxit Imperator. De qbus posthumus patris Germani natus est filius, itē Germanus. In quo coniuncta Anitiorū gens cū Amala stirpe spem adhuc vtriusq; generis domino prętante pmittit. Huc vsq; Getarum origo, ac Amalorum nobilitas, & virorum fortium facta, ac laudāda progenies laudabiliori principi cessit: & fortiori duci manus dedit. Cuius fama nullis sæculis, nullis silebitur ætatibus. Sic victor ac triumphator Iustinianus Imperator, & cōsul Belisarius Vuandalici Africani, Geticiq; dicuntur. Hæc qui legis, scito me veterum secutū scripta: ex eorum spatiosis pratis paucos flores collegisse: vnde inquirenti p captu ingenij mei coronam contexam. Nec me quis in fauorem gentis prædictę quasi ex ipsa trahentē originem, aliqua addidisse credat q̄ quæ legi/ aut comperi. Nec si tamen cuncta quæ de ipsis scribuntur/ aut referuntur, complexus sum. Nec tantum ad eorum laudem, quantum ad eius laudē qui vicit exponēs.

Iornandes Gothus de rebus Getarum finit.

CHVONRADI PEVTINGER AVGVSTANI DE INCLINATIONE ROMANI IMPERII ET EXTERARVM GENTIVM, PRAECIPVE GERMANORVM CONMIGRATIONIBVS EPITOME.



Thalaricus ex celeberrima Balthorum familia ortus: a Vuisigothis (stipendio eorum quod Athanarico Rege defuncto iam annis. xxv. sub ducibus Cæs. meruissent Stiliconis perfidia exauctoratis) Rex constitutus, Thracia vastata Radagasi Gothi (postea in Apennino interēpti) exercitui in Pannonia coniunctus, ipsam mox Pannoniam, Illyricum, Noricum, & tandem Italiam ferro & igne populatus, fœdere icto, a Cæs. Honorio Aug. Galliæ partē obtinuit: abiiens Saulum Hæbreum copiarum ducem contra se per Stiliconem missum profligauit. Inde factus ferocior/ vrbem ROMAM gentium victricem (cuius tamē templa iā Christianę religioni dicata obseruans inuiolata) anno postq; cōdita est cētesimo sexagesimo quarto supra millesimū. Christianæ vero salutis. ccccxij. Kal.


Aprilis cœpit/diripuit/atq; incendit:& post tertium siue sextũ diem onustus pręda eam dimittens, Gallam Placidiam Cæs. Theodosij & Flatillę Augustę filiã secũ captiuã duces in foro Cornelij Ataulpho ꝓpinquo suo copulauit: Campaniã Lucaniam/& Brutiã deuastando Consentię demũ in fata cõcessit:cuius corpus(ne refossum dilaniaret) accolę in alueo fluminis Busenti sepulchro cõdiderũt. Habuerunt postea Gothi sedes apud Vascones in prouincijs Tolosanis & Auxitanis. Interim etiã Vuedegisilus rex cũ Vuandalis suis & germanis Burgundionibus cũ quibus conmilitiũ fecere Alani, Scythæ origine:cohabitatione tñ Vandalis proximi. Sueui itẽ a Cęs. Augusto in citeriorẽ Rheni ripam translati, denuo Gallias atq; Hispanias ingressi sunt. Burgundiones apud Belgas/Heduos/Lingones/Vesontios/Matisconenses/& Cabilonẽses sedes a Burgis vicatim constitutis fixerũt. Francones Germanos Rhenũ etiam transmissos in Galliasq; irruentes, ꝓpter veteres simultates in patriã eorũ Germanicã, Frãconiã repulerũt: Vãdalis/Alanis atq; Sueuis Hispanias occupantibus, ex diuisione Vandali Bethicam a nomine eorũ Vandelosiam dictam, mox etiam Africã Genserico eorum rege, Alani Emeritam Augustam Lusitaniæ cũ omni Galletia, & Sueui Olixponẽ obtinuerunt:soli Astures atq; Cantabri tunc in Romanorum fide permanserant. Ad Sueuos deinde Galletia defecit. Regnauerũt eo loci annis circiter. CLXXVII. donec eandem Lusitanorum partem Andeta Sueuorũ Rege pulso/Leuogildus Gothorum rex cum Luiba fratre eius occupauit. Francones sub Cęs. Valentiniano Aug. III. cũ ducibus eorum Clodione & Meroueo denuo Rheno transmisso, capta primũ Carbonaria silua/ & oppidis Cameraco atq; Tornaco regnum in Senonum prouincia apud Aurelianos & Parrhisios constituerunt:& eam partem quæ inter Rhenũ & Mosam, Austriam, & Mosam inter & Ligerim est sita/Neustriam (vel vt potius credo Vuestriam) a nominibus Germanis vocabant. Inde Franconum vniuersum regnum orientale Austria/Osterreich, occidentale Vuestria Vuesterreich dictum: quod etiam quisq; eruditus monumentis publicis facile comprobare poterit. Nec Hunnis Scythis spes commigrandi tunc defuit:hi enim Pannonias quas pacto a Langobardis habuerant Athila duce egressi, cum Vuesigothis Marcomanis Quadis/Sueuis/Herulis/Turcilingis & Rugis per mediam fere Germaniam, & etiã Rhenum transgressi, cæso Gunditario Burgundionum rege, in campis demũ Catalanicis cum Romanis/Francis/Alanis/Gothis/Saxonibus/Lutetianis/Armoritianis/Riparolis/Olibrionibus/Sarmatis/Britonibus/& Lambriõibus conflictu acto/strage maxima commissa/in Pannoniam retrocesserunt. Mox deinde Italiã ingressi/Aquileia vi capta/Venetia prouincia deuastata/ Rauennates in deditionẽ coegerunt. Sed Leonis Pont. Max. precibus denuo vnde exierant/ redierunt. Sic regnorum interitus/& funditus excisa imperia:nihilq; in terris perpetuum:sed de Langobardorum conmigratione mox Paulum ipsum audiamus.

PAVLI VVARNEFRID LAN GOBARDI FILII DIACO NI FOROIVLIENSIS HISTORIAE LAN GOBARDICAE LIBER PRI MVS

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI PRIMI HISTORIAE LANGOBARDORVM Cap.I.

INCIPIT LIBER HISTORIAE LANGOBARDORVM PRIMVS

Caput Primum



Eptentrionalis plaga quãtomagis ab ęstu solis remota est, & niuali frigore gelida tanto salubrior corporibus hoĩm, & ꝓpagãdis est gentibus coaptata: sic ecõtra omnis meridiana regio quo solis est feruori vicinior, eo semper morbis abundat: & educandis minus est apta mortalibus. Vnde fit/ vt tantę populorũ multitudines arctoo sub axe orianť: vt nõ immerito vniuersa illa regio Tanaiten⁹ vsq; ad occiduũ: licet & ꝓprijs loca in ea singula nuncupenť noĩbus, generali tamẽ vocabulo Germania vociteť. Quis & duas vltra Rhenũ ꝓuincias Romani cũ eã loca occupassent, superiorem/ inferioremq; Germaniã dixerunt. Ab hac ergo populosa Germania sępe innumerabiles captiuorũ turmæ abductę/ Meridianis populis precio distrahunť: multę quoq; ex ea pro eo ꝙ tantos mortaliũ germinat, quãtos alere vix sufficit, sæpe gentes egressę sunt: quæ nihilominus & partes Asię, sed maxime sibi contiguã Europã afflixerunt. Testanť hoc vbiq; vrbes erutę per totas Illiricum Galliasq;. Sed maxime misere Italię, quæ pene oĩm illarũ est gentiũ experta sęuiciã. Gothi siqdem, Vuandaliq;, Rugi, Heruli, atq; Turcilingi, necnon etiam & aliæ feroces & barbaræ nationes e Germania ꝓdierũt. Pari etiã modo & Vuinilorũ, hoc est Langobardorũ gens quę postea in Italia fœliciter regnauit, a Germanorũ populis originẽ ducens: licet & aliæ causæ egressionis eorũ asseuerenť ab insula quæ Scadinauia diciť/ aduentauit.

Germania magna. Duæ Germaniæ vltra magnam

Gothi Vuandali Rugi Heruli Turcilingi Vuinili Langobardi. Scadinauia

Caput Secundum

HVius insulę etiã Plinius secundus in libris quos de natura rerũ cõposuit, mentionẽ facit. Hæc ergo insula, sicut retulerũt nobis qui eã lustrauerũt, non tã in mari est posita/ ꝙ marinis fluctibus ꝓpter planiciẽ mariũ terras ambientibus circũfusa. Intra hanc ergo cõstituti populi dũ in tantã multitudinẽ pullulassent, vt iã simul habitare nõ valerent, in tres (vt ferť) omnẽ cateruã ptes diuidentes: q̃ ex illis pars patriã relinquere, nouasq; deberet sedes exqrere, sorte pquirit.

Cap. III.

IGitur ea pars cui sors dederat genitale solũ excedere: exteraq; arua sectari: & terras petere, ordinatis super se duobus ducibus/ Ibor scilicet & Aigone, q & Germani erant: & iuuenili ętate floridi, & cęteris pręstantiores ad exqrendas quas possint incolere: terras, sedesq; statuere: valedicentes suis, simul & patrię iter arripiunt Horũ erat ducũ mater nomine Gãbara mulier quantũ intra suos & ingenio acris, & cũ filijs ꝓuida: de cui⁹ in rebus dubijs prudẽtia nõ minimũ cõfidebãt.

Ibor. Aigo

Gambara mater

C. IIII

NEc ab re esse arbitror paulisper narrãdi ordinẽ postponere: & quia adhuc stilus in Germania vertiť, miraculum quod illic apud oẽs celebre habeť. Sed & quędam alia breuiter libet intimare. In extremis Circiũ versus Germanię finib⁹ in ipso Oceani littore antrũ sub eminẽti rupe conspiciť: vbi septẽ viri, incertũ ex q̃ tpe longo sopiti sopore quiescũt: ita inlęsis nõ solum corporibus/ sed etiã vestimẽtis, vt ex hoc ipso ꝙ sine vlla per tot annorũ curricula corruptiõe pdurãt: apud in-

Miraculũ de septẽ dormientibus

dociles easdē & barbaras nationes venerationi habeant. Hi deniq̧ quantū ad habitū spectat, Romani esse cernunt. E q̄bus dum vnū quidā cupiditate stimulat⁹ vellet exuere/mox eius, vt dicit, brachia aruerūt: pœnaq̧ sua cęteros pterruit: ne quis eos vlterius cōtingere auderet. Videtis ad quē eos pfectum per tot tpa puidētia diuina conseruet, fortasse horū quandoq̧ quia nō aliter nisi christiani esse putant, gentes illę prædicatione saluandæ sunt.

Caput. V

Scritobini. al's Scritofinni.

HVic loco Scritobini (sic.n. gens illa nominat) vicini sunt: qui etiā ęstatis tēpore niuibus nō carent: nec aliud vtpote feris ipsis ratione non dispares q̄ in crudis agrestiū animantiū carnibus vescunt: de quorū etiā hircinis pellibus sibi indumēta coaptant. Hi a saliendo iuxta linguā Barbarā ethimologiā ducunt: saltibus enim vtentes, arte quadam ligno incuruo ad arcus similitudinē feras assequunt. Apud hos est animal ceruo nō satis absimile: de cuius ego corio, vt fuerat pilis hispidū, vestem in modū tunicę genutenus aptatā conspexi: sicut iā fati, vt relatū est, Scritobini vtunt. Quibus in locis circa ęstiuale solsticiū per aliquot dies etiā noctu clarissima lux cernit: diesq̧ ibi multo maiores q̧ alibi habēt: sicut ecōtrario circa brumale solsticiū, q̧uis diei lux assit, lux tn̄ ibi non videt: diesq̧ minimi q̧ vsq̧ alibi: noctes quoq̧ longiores existunt: quia scilicet quāto magis a sole longius discedit, tanto sol ipsi terræ vicinior apparet: & vmbrę longiores excrescūt. Deniq̧ in Italia sicut & antiqui scripserūt, circa diē natalis dn̄i nouē pedes in vmbra staturæ humanę hora sexta metiunt. Ego aūt in Gallica Belgica in loco q Totonis villa dicit cōstitutus/status mei vmbrā metiens, decē & nouem, & semis pedes inueni. Sic q̄q̧ cōtrario modo quantū ppinquius meridiē versus ad solem accedit, tantū semper vmbrę breuiores vident: in tantū vt solsticio ęstiuali respiciēte sole de medio cœli in ęgypto & Hierosolimis: & in eorū vicinitate constitutis locis nullæ videantur vmbrę. In Arabia vero hoc ipso tp̄e sol supra mediū cœli ad partē aquilonis cernitur: vmbręq̧ versa vice cōtra meridiem vident.

Quare Scritobini

Animal apud eos

Italia

Totonis villa al's Tectonis

Aegyptus Hierosolimæ. Arabia

Caput. VI.

NEc satis pcul ab hoc de quo prçmisimus littore cōtra occidentalē partem qua sine fine oceano pelagus patet, pfundissima aquarū illa vorago est: quā vsitato nomine maris vmbilicū vocamus: q̄ bis in die fluct⁹ absorbere/ & rursum euomere dicit: sicut per vniuersa illa littora accedentibus ac recedētibus fluctibus celeritate nimia fieri comprobat. Huiusmodi vorago siue vertigo a poeta Vergilio Caribdis appellat. Quā ille in freto siculo esse suo in carmine loquit hoc modo dicēs Dextrū scylla latus, leuum implicata caribdis Obsidet: atq̧ vno baratri ter gurgite vastos, Sorbet in abruptū fluctus: rursusq̧ sub auras Erigit alternos: & sydera verberat vnda. Ab hac sane de qua diximus voragine, sępe naues raptim/cursimq̧ attrahi affirmant: tanta celeritate/vt sagittarū per aera lapsus imitari videant: & non nunq̧ in illo baratro horrēdo nimis exicio pereūt: sæpe cū iam iāq̧ mergēdę sint subitis vndarū molibus retroactæ, tanta rursus agilitate exinde elongant/ quanta prius attractę sunt. Affirmantes se & aliā huiusmodi voraginē intra Britanniā insulam/Galliciāq̧ puinciā. Cui etiā rei astipulant Sequanicæ, Aquitaniæq̧ littora quę bis in die tam subitis inundationibus opplent, vt q fortasse aliquantulum introrsus a littore repertus fuerit/euadere vix possit. Videas earū regionū flumina, fontem versus cursu velocissimo relabi: ac per multorū miliū spacia dulces flumi-

Maris vmbilicus

Caribdis

Scylla

Britannia. Gallicia Sequanicę & Aquitanię p/uinciæ littora

num lymphas in amaritudinem verti. Triginta ferme a Sequanico littore Euodia insula milibus distat: in qua sicut ab illius incolis asseueraṫ, vergentiū in eandē carybdim aquarum garrulitas auditur. Euodia insula

AV diui quendam nobilissimū Gallorū referentē/ ꝙ aliquātæ naues prius tēpestate conuulsæ, postmodum ab hac eadē carybdi voratæ sint. Vnus aūt solummodo ex omnibus viris q in nauibus illis fuerāt/ morientibus cęteris dū adhuc spirans fluctibus supnataret, vi aquarū labentiū adductus, ad orā vsqꝫ immanissimi illius baratri peruenit. Qui cū iā ꝓfundissimā/ & sine fine patens chaos aspiceret, ipsoqꝫ pauore p̄mortuus sese illuc ruiturū expectaret, subito quod sperare nō poterat/ saxo quodam superiectus insedit. Decursis siqdem iā oībus quæ sorbendæ erant aquis/ orę illius fuerant margines denudati. Dūqꝫ ibi inter tot angustias anxius/ vix ob metū palpitans resederet; dilatāqꝫ ad modicū mortem nihilominus opperiret, cōspicit ecce subito quasi magnos aquarū montes de ꝓfundo resilire: nauesqꝫ quæ absorptę fuerāt/ primas emergere. Cūqꝫ vna ex illis ei cōtigua fieret, ad eā se nisu quo potuit appręhēdit. Nec mora celeri volatu ꝓpe litt⁹ aduect⁹ metuendę necis casus euasit: ꝓprij postmodum periculi relator existēs. Nostrum qꝫ id est Hadriaticū mare quod licet minus, similiter tñ Venetiarū/ Histrięqꝫ littora peruadit, credibile est: paruos huiusmodi/ occultosqꝫ habere meatus: qbus & recedentes aquæ sorbeanṫ, & rursum inuasuræ littora reuomanṫ. His ita prælibatis, ad ceptam narrandi seriem redeamus. Caput. VII.

Mare Hadriaticum Venetiarū & Histriæ littora

IGitur egressi de Scandinauia Vuinili cū Ibor & Aigone ducibus in regionem quæ appellaṫ Scoringa veniētes, per annos illic aliquot consederūt. Illo nāqꝫ tpe Ambri & Assi Vuandalorū duces vicinas quascūqꝫ ꝓuincias bello premebāt. Hi iam multis elati victorijs/ nuncios ad Vuinilos mittūt vt aut tributa Vuādalis persoluerent, aut se ad belli certamina præpararēt. Tunc Ibor & Aigo adnitente matre Gambara deliberāt melius esse armis libertatē tueri/ ꝙ tributorū eandem solutione fœdare. Mandant per legatos Vuandalis pugnaturos se potius/ ꝙ seruituros. Erāt siqdē tunc Vuinili vniuersi iuuenili ętate florētes, sed numero pexigui qppe q vnius nō nimię amplitudinis insulę tertia solūmō pticula fuerūt. C. VIII

Scandinauia Vuinili Ibor Aigo Scoringa Ambri, Assi Vuand. duces Vuandali. Vuinili Ibor Aigo

REfert hoc loco antiquitas ridiculā fabulā/ ꝙ accedentes Vuādali ad Vuodan, victoriam de Vuinilis postulauerūt: illeqꝫ respondit se illis victoriam daturū quos primū oriēte sole cōspexisset. Tūc accessisse Gābara ad Freā vxorē Vuodan. & Vuinilis victoriā postulasse: Freāqꝫ consiliū dedisse vt Vuinilorū mulieres solutos crines erga faciē ad barbę similitudinē cōponerēt: maneqꝫ primo cū viris adessent: seseqꝫ a Vuodan videndas pariter e regiōe qua ille per fenestrā orientē versus erat solitus aspicere/ collocarent: atqꝫ ita factum fuisse. Quas cū Vuodan oriēte sole cōspiceret dixisse: Qui sunt isti Langobardi. Tunc Freā subiūxisse, vt qbus nomen tribueret victoriam concessisse. Hęc risui digna sunt & ꝓ nihilo habēda. Victoria. n. nō potestati est attributa hoīm, sed e cœlo poti⁹ ministraṫ. Cap. IX

Fabula Vuodan. aĺs Godā Gambara Godan. Frea

CErtū tamen est Langobardos ab intactæ ferro barbę longitudine: cū primit⁹ Vuinili dicti fuerint: ita postmodū appellatos. Nam iuxta illorū linguā lang longā, bart, barbā significat. Vuodan sane quē adiecta litera Godan dixerūt, ipse est qui apud Romanos Mercurius diciṫ: & ab vniuersis Germaniæ gentibus vt

Cur Langobardi Langobardos fuisse Germanos ex Lang bart Goden apud Romanos Mercurius

Goth

deus adorat: qui non circa hæc tempora/ sed longe anterius: nec in Germania/ sed in Græcia fuisse perhibetur. Caput. X.

VVinili igit̃ qui & Langobardi cõmisso cũ Vuãdalis prelio acriter vtpote ꝓ libertatis gloria decertãtes, victoriam capiũt. Qui magnã postmodum famis penuriã in eadẽ Scoringa ꝓuincia perpessi, valde aĩo cõsternati sunt. C.XI

Scoringa

Meuringa
Assipitti

DE qua egrediẽtes dum in Mauringã trãsire disponerẽt, Assipitti eorũ iter impediũt: denegãtes eis oĩmodis per suos terminos transitũ. Porro Lãgobardi cũ magnas hostiũ copias cernerẽt: nec cũ eis ob paucitatẽ exercitus cõgredi auderent: dũq; quid agere deberent/ decernerent: tandẽ necessitas consiliũ repperit. Simulant se in castris suis habere Cynocephalos: id est canini capitis hoĩes: diuulgãt apud hostes hos pertinaciter bella gerere: humanũ sanguinẽ bibere: & si hostẽ assequi nõ possent, ꝓpriũ potare cruorẽ. Vtq; huic assertioni fidẽ facerent, ampliãt tentoria: plurimũq; in castris ignẽ accẽdunt. His hostes auditis, visisq;, creduli effecti: bellum quod minabant̃/ iam temptare nõ audent. Caput. XII

Cynocephali.

HAbebant tñ apud se virũ fortissimũ: de cuius fidebãt viribus posse se ꝓculdubio obtinere qđ vellent. Hunc solũ pro oĩbus pugnaturũ obijciunt: mandant Langobardis vnũ quem vellent/ suorũ mitterent: qui cũ eo ad singulare certamen exiret: ea videlicet cõditione/ vt si suus bellator victoriã caperet/ Langobardi itinere quo venerãt/ abirẽt. Sin vero superaret̃ ab altero, tũc se Langobardis transitũ ꝑ fines ꝓprios nõ vetituros. Cũq; Langobardi quẽ e suis potius aduersus virum bellicosissimũ mitterent/ ambigerent: quidam ex seruili conditione sponte se obtulit: ꝓmittit se ꝓuocanti hosti congressurũ ea ratione, vt si de hoste victoriã caperet a se/ suaq; ꝓgenie seruitutis nexũ auferrent. Quid plura? Gratãter quę postularat, sese facturos pollicent̃. Adgressus hostẽ pugnauit & vicit. Langobardis transeũdi facultatẽ sibi/ suisq;, vt optauerat, iura libertatis adeptus est. Caput. XIII.

IGitur Langobardi tandẽ in Mauringã perueniẽtes/ vt bellatorũ possent ampliare numerũ, plures a seruili iugo ereptos ad libertatis statũ perducũt. Vtq; rata eorũ haberi possit ingenuitas/ santiunt more solito per sagittã, immurmurãtes nihilominꝰ ob rei firmitatẽ quędã patria verba. Egressi itaq; Langobardi de Mauringa, applicuerunt Nigilanda: ibi aliquanto tempore cõmorati: dicunt̃ post hæc Anthaib & Banthaib pari modo Nurgundaib per annos aliquot possedisse: quæ nos arbitrari possumus esse vocabula pagorũ, seu quorũcũq; locorũ. Cap. XIIII

Nota ad cognoscendũ ingenuũ siue liberũ
Nigilãda, als Ingolanda.
Anthaib
Banthaib
Nirgundaib als uurgũdaib
Ibor & Aigo defuncti

MOrtuis interea Ibor & Aigone ducibus, q Langobardos a Scadanauia eduxerant: & vsq; ad hæc tpa rexerãt: nolentes iã vltra Langobardi esse sub ducibus, regẽ sibi ad cęterarũ instar gentiũ statuere. Regnauit igit̃ super eos primus Agelmund filius Aigonis: ex ꝓsapia ducens originẽ Cungingorũ: quæ apud eos generosior habebat̃. Hic, sicut a maioribus tradit̃, tribus &. xxx. annis Langobardorum tenuit regnũ. Caput. XV.

Agelmũd primus Lãgobardorum rex
Congingorũ familia

HIs tpibus quædã meretrix vno partu septẽ puerulos enixa, beluis oĩbꝰ mater crudelior, in piscinã ꝓiecit necãdos. Hoc si cui impossibile videtur/ relegat historias veterũ: & inueniet nõ solum septẽ infantulos, sed etiã nouẽ vnã mulierẽ peperisse: & hoc certum est, maxima apud ægyptios fieri. Contigit itaq; vt rex Agelmund dũ iter caperet/ ad eandẽ piscinã deueniret. Qui cũ equo retẽto miserandos infantulos miraret̃: hastaq; quã manu gerebat huc illucq; eos inuerteret, vnus ex il

Scelus meretricis

lis iniecta manu hastā regiam cōprehendit. Rex misericordia motus: factumq; alti us ammiratus, eum magnū futurū ꝓnunciat: moxq; eū a piscina leuari praecepit: atq; nutrici traditū omni cū studio mādat alendū. Et quia eū de piscina quae eorū lingua lama dicit abstulit, Lamissio eidem nomē imposuit. Qui cū adoleuisset, tā strennuus iuuenis effectus est/ vt & bellicosissimus extiterit, & post Agelmūdi fu nus regni gubernacula rexerit. Ferūt hunc dum Langobardi cū rege suo iter agē tes, ad quendā fluuiū peruenissent, & ab Amazonibus essent ꝓhibiti vltra pmeare, cum earū fortissima in fluuio natatu pugnasse: eāq; peremisse: sibiq; laudis gloriā Langobardis q̄q; transitū parauisse. Hoc siqdē inter vtrasq; acies prius cōstitisse, quatenus si Amazona eadē Lamissionē superaret, Langobardi a flumine recederēt: sin vero a Lamissione (vt & factum est) ipsa vinceret, Langobardis eadē pmeādi fluenta copia prçberet. Constat sane quia huius assertiōis series minus veritate sub nixa est. Oībus etenim qb⁹ veteres historiae notę sunt/ patet gentē Amazonū lōge ante q̄ haec fieri potuerint/ esse deletā: nisi forte qa loca eadē vbi haec gesta ferunt nō satis historiographis nota fuerunt: & vix ab aliq̄ eorū vulgata sunt, fieri potue rit, vsq; ad id tēpus huiuscemodi inibi mulierū genus haberet. Nā & ego referri ā qbusdā audiui vsq; hodie in intimis Germanię finib⁹ gentē harū existere formi (narū. Ca. XVI.

IGitur transmeato Langobardi de quo dixeramus flu mine, cū ad vlteriores terras peruenissent, illic per tēpus aliquot cōmorabant. In terea cū nihil aduersi suspicarent: & essent qete longa minus solliciti: securitasq; q̄ detrimentorū mater est: eis nō modicā perniciē peperit. Noctu deniq; cū neglige tia resoluti cuncti qescerēt, subitoq; super eos Vulgares irruētes/ plures ex eis sauci ant: multos ꝓsternūt: & in tantū p eorū castra debachati sunt/ vt ipsum Agelmūd regē interficerēt: eiusq; vnicā filiā sorte captiuitatis auferrent. Caput. XVII

REsumptis tn̄ qost hęc incōmoda Langobardi viribus, Lamissionē de q̄ supe rius dixeramus, sibi regē cōstituerūt. Qui vt erat iuuenili ętate feruidus, & ad belli certamina satis ꝓmpt⁹, nil aliud nisi Agelmūdi necē vlcisci cupiēs, in Vulga res arma cōuertit: primoq; mox praelio cōmisso, Langobardi hostib⁹ terga dan tes/ ad castra refugiunt. Tunc rex Lamissio ista conspiciens, eleuata altius voce om ni exercitui clamare coepit vt obprobriorum quę ptulerant reminiscerent: reuoca rentq; ante oculos dedecus quō eorū regē hostes iugulauerint: q̄ miserabiliter ei⁹ natā, quā sibi reginā optauerāt, captiuā abduxerint. Postremo hortat vt se/ suosq; armis defenderēt: melius esse dicēs in bello animā ponere/ q̄ vt vilia mancipia ho stiū ludibrijs subiacere. Haec & huiuscemodi dum vociferās diceret: & nūc minis; nunc ꝓmissionibus ad tolerāda eorū aīos belli certamina roboraret: sic quē etiam seruilis cōditionis pugnantē vidisset, libertate eū simul cū praemijs donaret. Tan dē hortatu, exēplisq; principis q̄ primus ad bellū ꝓsilierat accensi, sup hostes irru ruunt: pugnāt atrociter: & magna aduersarios clade ꝓsternūt. Tandēq; de victo rib⁹ victoriā capiētes, tā regis sui fun⁹/ q̄ ꝓprias iniurias vlciscunt. Tunc magna de hostiū exuuijs praeda potiti, ex illo iā tempore ad expetendos belli labores au daciores effecti sunt. Caput. XVIII

DEfuncto post haec lamissione q̄ secundus regnauerat, tertius ad regni guber nacula Lechij ascēdit. Qui cū. xl. ferme annos regnasset, Hildeoc filiū q̄ quart⁹

Lama
Lamissio secū dus Lāgobar dorum rex
Amazones
Certamen sin gulare Lango bardi regis cū Amazone
Ocij incomo ditas.
Vulgarū victo ria cōtra Lan gobardos
Lamissio rex
Vulgares a Lā gobardis victi
Lamissio de functus.
Lechij, sal's Le thuc Lāgobar dorū rex terti us
Hildeoc quar tus Langobar dorū rex

in numero fuit regni successorē reliq̄t. Hoc q̄q; defuncto / q̄nt⁹ Godeoc regnū su (scepit. Cap. XIX

Gedeoc quin/tus Langobardorum rex
Odoacar
Feletheus
Danubius
Norici
S. Seuerinus.

His tp̄ibus inter Odoacar q̄ in Italia per aliquot iā annos regnabat, & Feletheū qui & Fethia dictus est, Rugorū regē magnarū inimicitiarū fomes exarsit. Qui Feletheus illis diebus vlteriorē Danubij ripā incolebat: quā a Norici finibus idē Danubius separat. In his Noricorū finibus beati tūc erat Seuerini cœnobiū: q̄ omni abstinētiæ sanctitate prædictus / multis iā erat virtutib⁹ clarus. Qui cū hisdem in locis ad vitæ vsq; metas habitasset, nunc tn̄ eius corpusculum Neapoli retinet. Hic hunc de quo diximus Feletheū / eiusq; coniugē cui vocabulū Gisa fuit, vt ab iniq̄tate quiesceret verbis cœlestibus monuit: Quibus pia verba spernētibus, hoc quod eis postmodū contigit / longe antea futurū esse p̄dixit.

Gisa Felethei coniunx

Adunatis igit̄ Odoacar gentibus quæ eius ditioni parebant: id est Turcilingis & Herulis: Rugorūq; partē quos iā dudum possidebat: necnon etiā Italiæ populis venit in Rugiland: pugnauitq; cū Rugis: vltimaq; eos clade conficiēs, Feletheū insuper eorū regem extinxit: vastataq; omni p̄uincia / Italiā repetens, copiosam secū captiuorū multitudinē abduxit: Tunc Langobardi de suis regionibus egressi, venerūt in Rugiland, quę latino eloquio Rugorū patria dicit̄: atq; in ea quia erat solo fertilis, aliquantis cōmorati sunt annis. Caput. XX.

Turcilingi
Heruli
Rugi
Italia
Rugiland.
Langobardi peruenerūt in Rugiland

Intra hæc morit̄ Godeoc: cui successit Glaffo filius suus. Defuncto q̄q; Glaffone, Tato eiusdē filius septim⁹ ascēdit ad regnū. Egressi q̄q; Langobardi de Rugilant, habitauerūt in cāpis patētibus: q̄ sermone barbarico Felt appellant̄ Quo in loco cū per triū annorū spatia morarent̄, bellū exortū est / inter Tatonem atq; Rudolfum Herulorū regē. Quos cū primitus fœdera necteret, causa inter eos discordiæ ista fuit: Germanus Rudulfi regis ad Tatonem ferendæ pacis gratia venerat: qui cū expleta legatione patriā repeteret, cōtigit vt ante regis filiæ domū quę Rumetruda dicebat / transitū haberet: illa multitudinē virorū nobilēq; comitatū aspiciens, interrogat q̄s iste esse possit q̄ tam sublime obsequiū haberet. Dictumq; illi est, Rudolfi regis Germanū legatione perfuncta, patriā regredi. Mittit puella qui eū inuitaret / vt vini poculum dignaret̄ accipere. Ille corde simplici vt inuitatus fuerat / venit. Et quia erat statura pusillus, eū fastu sup̄biæ puella despexit: verbaq; ad uersus eū irrisoria p̄tulit. At ille verecūdia / pariterq; indignatione perfusus, talia rursum verba respondit: quæ ampliorē puellæ confusionē afferret. Tum illa furore fœmineo succēsa, dolorē cordis cohibere nō valens, scelus quod mente cōceperat / explere cōtendit. Simul ad pacientiā vultū exhilarat: eūq; verbis iocūdioribus demulcens ad sedendum inuitat. Taliq; eum in loco sedere constituit / quo parietis fenestram ad scapulas haberet. Quam fenestram quasi ob hospitis honorem, re autem vera ne eum aliqua pulsaret suspicio, velamine texerat precioso: præcipiens atrocissima belua proprijs pueris vt cum ipsa quasi ad pincernam loquens misce dixisset, illi eum a tergo lanceis perforarent. Factumq; est: & vt mox crudelis fœmina signum dedit: iniqua mandata perficiunt̄. Ipseq; vulneribus transfixus, in terrā corruens expirauit. Ea cū Rudolfo regi nunciata fuissent / tā crudele Germani funus ingemuit, dolorisq; impatiens ad vlciscendam fratris mortem exarsit: fœdusq; quod cum TATONE pepigerat / irrumpens, eidem bellum indixit Quid plura? Conueniunt vtrorūq; in campis patentibus acies. Rudolfus suos in

Glaffo Langobardorum rex
Tato septimus Langobardorū rex
Feldt
Rudolfus Herulorū rex
Causa discordiæ inter Herulos & Langobardos.
Rumetruda

pugnã dirigit: ipſe in caſtris reſidens/ de ſpe victoriæ nihil ambigens/ ad tabulam ludit. Erant ſiquidem tunc Heruli bellorũ vſibus exercitati: multorũq; iam ſtrage notiſſimi. Qui ſiue vt illatũ ab hoſte vulnus contẽnerent, nudi pugnabant: operiẽtes ſolummodo corporis verecunda. Horũ itaq; viribus Rex indubitãter fidens, dum ipſe ſecurus ad tabulam luderet/ vnũ e ſuis in arborẽ quæ forte aderat aſcendere iubet, quatenus ei ſuorũ victoriam celerius referret: cõminatus ſe caput abſciſurũ ſi Herulorũ aciem fugere nunciaret. Is cum Herulorũ flecti acies, & a Langobardis eos opprimi cõſpiceret: interrogatus a rege ſępius quid Heruli gererẽt: eos optime pugnare reſpondit. Nec prius malum quod cernebat, loq nõ audens, aperuit/ q̃ vniuerſæ acies hoſtibus terga ꝑberent. Qui licet ſero tandẽ in vocẽ erũpẽs: Ve tibi inquit/ miſera Herulia, q̃ cœleſtis domini plecteris ira. Ad hæc verba cõmotus rex/ ait: Nunquid fugiunt Heruli mei? At ille: Non inquit, hoc ego/ ſed tu rex ipſe dixiſti. Tunc (vt in talibus fieri aſſolet) Rex ipſe/ & omnes perturbati dũ quid agerent hęſitarent, ſuperuenientibus Langobardis/ grauiter ceduñt. Rex q̃q; ipſe nec quicq; fortiter faciens/ extinctus eſt. Herulorũ vero exercitus dum huc illucq; diffugeret/ tanta ſuper eos cœlitus ira reſpexit, vt viridãtia camporũ lina cernentes/ natatiles eſſe aquas putarent. Dumq; quaſi nataturi brachia extenderẽt, crudeliter hoſtiũ feriebanť a gladijs. Tunc Lãgobardi patrata victoria/ in gentẽ quã in caſtris repererant intra ſe prædam diuidunt. Tato vero Rudolfi vexillũ quod Bandum appellant, eiuſq; galeã quã in bello geſtare conſueuerat/ abſtulit. Atq; iã ex illo tẽpore ita oĩs Herulorũ virtus cõcidit/ vt vltra ſuper ſe regẽ omnimodo nõ haberent. Iã hinc Langobardi ditiores effecti/ aucto de diuerſis gentibus quas ſuperarant exercitu, vltro cęperũt bella expetere: & virtutis gloriã circũquaq; protelare.

Langobardo/ rũ de Herulis victoria

Bandum vexillum

Caput. XXI

At vero tanto poſt hæc de belli triũpho non diu lętatus eſt. Irruit naq; ſup eũ Vuacho filius Germani ſui Truchilonis, eũ hac luce priuauit. Cõflixit quoq; aduerſus Vuachonẽ Hildechis filius Tatonis: ſed ſuperante Vuachone deuictus, ad Gepidos cõfugit: ibiq; ꝓfugus ad vitę finẽ vſq; permãſit. Quã ob cauſam Gepidi cũ Langobardis ex tunc inimicitias contraxere. Eodẽ q̃q; tpe Vuacho ſuper Sueuos irruit: eoſq; ſuo dominio ſubiugauit. Hoc ſi qs mendaciũ/ & non rei exiſtimat veritatẽ/ relegat ꝓlogũ edicti: quẽ rex Rothari de Langobardorũ legibus cõpoſuit: & pene in oĩbus hoc codicibus, ſicut nos in hac hiſtoria inſeruimus, ſcriptũ reperiet. Habuit aũt Vuacho vxores tres: hoc eſt primã Ranicũdam filiã regis Turingorũ: deinde duxit Auſtriguſam filiã regis Gepidorũ: de qua habuit filias duas. Nomẽ vni Vuiſegarda: quã tradidit in matrimoniũ Theodepto regi Francorũ. Secunda aũt dicta eſt Vualderada: quæ ſotiata eſt Cuſibaldo alio regi Francorũ: quã ipſe odio habens/ vni ex ſuis qui dicebať Garibald in coniugiũ tradidit. Tertiã vero Vuacho vxorẽ habuit Herulorũ regis filiã noĩe Salingã: ex ipſa natus eſt filius quem Vualtari appellauit: quiq; Vuachone mortuo ſuper Lãgobardos iam octauus regnauit. Hi omnes Lithingi fuerunt: ſic etenim apud eos quædam nobilis proſapia vocabatur.

Vuacho. al's Vualcho
Truchilo. al's Zuacho
Hildechis.

Gepidarũ cũ Langobardis inimicitiæ
Rothari

De cõiugibus Vuachonis
Ranicunda: al's Radigũda
Auſtrigoſa
Vuiſegarda
Theodeptus
Vualderada
Cuſubaldus
Gariopolus
Salinga.
Vualtari

Caput. XXII.

Vualtari ergo cũ ꝑ ſeptẽ annos regnũ tenuiſſet, ab hac luce ſubtractus eſt. Poſt quẽ non⁹ Audoin regnũ adeptus eſt: q nõ multo poſt tpe Langobardos in Pannoniã adduxit.

Audoin Langobardorum rex al's Oduuin
Pannonia

Caput. XXIII

Albuin al's Albuuin.
Oduuin.
Turismondus
Turisendus

GEpidi igit ac Langobardi conceptã iam dudum rixã tandem parturiunt: bellumcꝫ ab vtrisqꝫ partib⁹ pręparat. Cõmisso itacꝫ prælio dum ambę acies fortiter dimicarent/& neuter alteri cederet, contigit vt in ipso certamine Albuuin filius Oduuin, & Turismondus Turisendi filius sibi obuij fierẽt. Quẽ Albuuin spata percutiens, de equo præcipitatũ extinxit. Cernẽtes Gepidi regis filiũ ꝑ quẽ, magna ex parte bellum cõstiterat/interijsse, mox dissolutis animis fugã ineunt: quos Langobardi insequẽtes acriter sternũt: cęsisqꝫ q̃plurimis, ad detrahenda occisorũ spolia reuertunt. Cũqꝫ peracta Langobardi victoria ad sedes ꝓprias remeassent, regi suo Oduuin suggerũt, vt eius filio Albuuin conuiuia fierent: cuius virtute in prelio victoriã cæpissent, vt q patri in periculo/ita & in cõuiuio comes esset. Quibus Oduuin respondit se hoc facere minime posse, ne ritũ gentis infringeret. Scitis inquit, non esse apud nos consuetudinẽ/vt regis cum patre filius prandeat, nisi prius a rege gentis exterę arma suscipiat. Caput. XXIIII

HIs Albuuin a patre auditis. xl. solũmodo iuuenes secũ tollens ad Turismundũ cũ q̃ dudũ bellum gesserat, ad regẽ Gepidorũ ꝓfectus est: causamcꝫ qua venerat/intimauit. Qui eũ benigne suscipiẽs/ad suũ cõuiuiũ inuitauit: atcꝫ ad suam dexteram vbi Turismundus eius quondam filius sedere cõsueuerat/collocauit. Intra hæc dum varij apparatus epulas caperent, Turismondus iam dudum sessionẽ filij mente reuoluens, naticꝫ funus ad animũ reducens, pręsentẽcꝫ peremptorẽ ei⁹ loco sedere conspiciens/alta trahens suspiria, sese continere non potuit: sed tandem dolor in vocẽ erupit. Amabilis, inquit, mihi locus est: sed persona quæ in eo residet/satis ad videndum grauis. Tunc regis alter qui aderat filius, patris sermõe stimulatus/Langobardos iniurijs lacessere cępit: asserens eos quia suris inferius candidis vtebant̃ fasciolis equabus quibus cruretenus pedes albi sunt similes esse dicens, fętiles sunt equæ quas simulatis. Tũc vn⁹ e Langobardis ad hęc ita respõdit: Perge inq̃t, in campũ asfelt: ibicꝫ proculdubio poteris experiri q̃ꝫ valide istę quas equas nominas/pręualent calcitrare: vbi sic tui dispersa sunt ossa Germani, queadmodũ vilis iumenti in medijs pratis. His auditis Gepidi confusionẽ ferre non valentes/vehemẽter in ira cõmoti sunt: manifestascꝫ iniurias vindicare nitunt̃. Langobardi ecõtra parati ad bellum, omnes ad gladiorũ capulos manus inijciunt. Tunc rex a mẽsa ꝓsiliens/sese in mediũ obiecit: suos ab ira bellocꝫ cõpescuit: interminãs primitus eũ puniri qui primus pugnã cõmisisset: non esse victoriam deo placitam dicens, cũ quis in domo ꝓpria hospitẽ perimit. Sic denicꝫ iurgio cõpresso/ iã deinceps lętis animis conuiuiũ peragunt. Sumenscꝫ Turismondus arma Turismõdi filij sui, ea Albuuin tradidit: eumcꝫ cum pace incolumem ad patris regnũ remisit. Reuersus ad patrẽ Albuuin eius dehinc cõuiua effectus est. Qui dum cũ patre lętus regias delicias caperet/ordine cuncta retulit: quæ illi apud Gepidos in Turismondi regia cõtigissent. Miran̄t qui aderãt/& laudant audaciã Albuuin: nec minus adtollunt laudibus Turismondi maximã fidem. Caput. XXV

Cęsar Iustinianus

HAc tẽpestate IVSTINIANVS AVGVSTVS Romanorũ Impium fœlici sorte regebat: q & bella ꝓspere gessit: & in causis ciuilib⁹ mirificus extitit. Nã per Belisariũ patriciũ Persas fortiter deuicit: ꝑ q̃ ipsum Belisariũ Vuãdalorũ gentẽ capto eorũ rege Gelismero vsqꝫ ad iternitionẽ deleuit. Africãcꝫ totã post ãnos

nonaginta & septē Romano Imperio restituit. Rursumq̄ Belisarij virib⁹ Gothorū in Italia gentē capto Vuitichis eorū rege supauit. Mauros q̄q post hec Africā infestantes, eorūq̄ regem Anitalan per Ioannē Exconsulem mirabili virtute ꝑtriuit. Pari etiā modo & alias gentes belli iure cōpressit: quā ob causam ꝓpter horū omniū victorias: vt Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vuādalicus, Africanusq̄ diceret, habere hæc nomina meruit. Leges quoq̄ Romanorū quarū ꝓlixitas nimia erat, & inutilis, dissonātia mirabili breuitate correxit. Nam oēs constitutiones Principū quę vtiq̄ multis in voluminibus habebantur/intra duodecim libros coartauit. Idemq̄ volumen Codicem Iustiniani appellari præcipit. Rursumq̄ singulorum magistratuum siue iudicum leges, quæ vsq̄ ad duo milia pene libros erant extensæ, intra quinquaginta librorū numerū redegit: eūq̄ codicē digestorū, siue pandectarū, vocabulo nuncupauit. Quatuor etiā institutionum libros in quibus breuiter vniuersarū legum textus comprehēditur nouiter composuit. Nouas quoq̄ leges/quas ipse statuerat, in vnum volumen redactus, eundem codicem nouellam nūcupari sanciuit. Extruxit quoq̄ idem princeps intra vrbem constantinopolim christo dn̄o, qui est sapientia dei patris, templum quod græco vocabulo, Agian, Sophiam, idest sanctā sapientiā nominauit. Cuius opus adeo cuncta ędificia excellit/vt in totis terrarū spacijs huic simile non possit inueniri. Erat enim hic princeps fide caholicus, in opibus rectus, in iudicijs iustus: ideoq̄ ei oīa cōcurrebant in bonū. Huius tēporibus Cassiodorus apud vrbem Romā tam ſęculari/q̄ diuina scientia claruit: q̄ intra cętera quæ nobiliter scripsit, psalmorū precipue occulta potētissime reserauit. Hic primitus Consul: deinde Senator: ad postremū vero monachus extitit. Hoc etiā tp̄e Dionysius Abba in vrbe Roma constitutus, pascalem calculum miranda argumētatione cōposuit. Tunc q̄q apud Constātinopolim Priscianus Cęsariēsis Grāmaticę artis, vt ita dixerim, ꝓfunda rimatus est. Tuncq̄ nihilominus Arator Romanę ecclesiæ subdiaconus, Poeta mirabilis, apostolorū actus versibus hexametris exarauit. Caput. XXVI.

Marginalia: Gothi. Vuitichis Maur Anitalan Ioan. Excon · Appellatiōes Iustiniani. Codex · Liber Digestorum · Liber Institutionum · Nouella · Iustiniani Cæsaris mores · Cassiodorus · Diony: Abba · Priscianus · Arator

His q̄q diebus beatissimus Benedictus pater & pius in loco q̄ sublacus dicit: qui ab vrbe Roma quadraginta milibus abest. Et postea in castro Cassini qđ Aurum appellāt: & magnæ vitę meritis, & aplicis virtutibus effulsit. Cuius vitam sicut notū est, beatus papa Gregorius in suis dialogis suaui sermōe cōposuit. Ego q̄q ꝓ paruitate ingenij mei ad honorē tanti patris singula eius miracula per singula disticha Elegiaco metro hoc modo contexui

Marginalia: Benedictus: als clarū vel Bacrum

ORdiar vnde tuos, sacer o Benedicte triūphos
 Virtutum cumulos, ordiar vnde tuos.
Euge beate pater, meritum qui nomine prodis
 Fulgida lux sędi, euge beate pater
Nursia plaude satis, tanto sublimis alumno
 Astra ferens mundo, Nursia plaude satis
O puerile decus, transcendens moribus annos
 Exuperansq̄ senes, o puerile decus.
Flos paradise tuus, despexit florida mundi
 Spreuit opes Romę, flos paradise tuus

Vas pedagoga tulit, direptum pectore tristi.
Læta reformatum, vas pedagoga tulit.
Vrbe vocamen habens/tyronē cautibus abdit
Fert pietatis opem, vrbe vocamen habens.
Laudibus antra sonant, mortalibus abdita cunctis
Cognita Christe tibi: laudibus antra sonant
Frigora, flabra, niues, perfers tribus impiger annis
Tempus amore dei. frigora, flabra, niues.
Fraus veneranda placet: pietatis furta probantur
Qua sacer altus erat. fraus veneranda placet.
Signat adesse dapes Agapes, sed liuidus obstat.
Nil minus alma fides, signat adesse dapes.
Orgia rite colit Christo, quia cōmodat aurem
Abstemium pascens, orgia rite colit
Pabula grata ferunt/auidi ad spelea subulci
Pectoribus lętis, pabula grata ferunt.
Ignis ab igne perit: lacerant dum viscera sentis.
Carneus ęthereo, ignis ab igne perit.
Pestis iniqua latens/procul est deprehensa sagaci.
Non tulit arma crucis, pestis iniqua latens.
Lenia flagra vagam sistunt moderamine mentem
Excludunt pestem lenia flagra vagam
Vnda perennis aquæ, natiuo e marmore manat
Arida corda rigat vnda perennis aquæ
Gurgitis ima calybs capulo diuulse petisti.
Deseris alta petens, gurgitis ima calybs.
Iussa paterna gerens, dilapsus viuit in ęquor
Currit vectus aquis, Iussa paterna gerens.
Præbuit vnda viam ꝓmpto ad præcępta magistri
Cursori ignaro præbuit vnda viam.
Tu quoqꝫ parue puer, raperis nec occidis vndis
Testis ades verax, tu quoqꝫ parue puer
Perfida corda gemunt, stimulis agitata malignis.
Tartareis flammis, perfida corda gemunt.
Fert alimenta corax digitis oblata benignis
Dira procul iussus, fert alimenta corax
Pectora sacra dolent/inimicum labe peremptum
Discipuli excessum pectora sacra dolent
Liris amœna petens, ducibus comitaris opimis
Cœlitus adtraheris, liris amœna petens
Anguis inique furis luco spoliatus & aris
Amissis populis/anguis inique furis
Improbe sessor abi, sine dentur marmora muris

Cogeris imperio, improbe sessor abi
Cernitur ignis edax, falsis insurgere flammis
Nec tibi gemma micans, cernit ignis edax.
Dum struitur paries, lacerantur viscera fratris.
Sospes adest frater, dum struitur paries
Abdita facta patent, patulo produntur edaces
Muneris accepti, abdita facta patent.
Sęue tyranne tuę frustrantur retia fraudis
Frena capis vitę/sęue tyranne tuæ.
Mœnia celsa Nume nullo vertentur ab hoste.
Turbo ait euertet mœnia celsa Nume.
Plecteris hoste graui, ne lites munus ad aram
Munera fers aris, plecteris hoste graui
Omnia septa gregis, præscitum est tradita genti
Gens eadem reparat omnia septa gregis
Fraudis amice puer, suado captaris ab hydro
Hydro non caperis/fraudis amice puer
Mens tumefacta sile, tacita & ne carpe videntem
Cuncta patent vati, mens tumefacta sile.
Pectora cuncta stupent/ꝙ eras sine corpore præsens
Quod peruisa mones/pectora cuncta stupent
Vocis ad imperium temnunt dare frena loquelis
E bustis fugiunt vocis ad imperium.
Vocis ad imperium sacris non esse sinuntur
Intersunt sacris vocis ad imperium.
Tellus huilca sinu corpus propellit humatum.
Iussa tenet corpus, tellus huilca sinu.
Perfidus ille draco mulcet properare fugacem
Sistit iter vetitum perfidus ille draco
Exitiale malum capitis decussit honorem
It procul imperijs exitiale malum
Fulua metalla pius, nec habet, promittit egenti
Cœlicus excepit fulua metalla pius
Tu miserande cutem varia cum pelle colubre
Incolumem recipis/tu miserande cutem
Aspera saxa vitrum rapiunt, nec frangere possunt
Illesum seruant aspera saxa vitrum
Cur promo corde times stillam præbere lechiti
Dolia cerne fluunt, cur promo corde times.
Vnde medela tibi, spes est cui nulla salutis
Qui semper perimis, vnde medela tibi.
Ah lachrymande senex, hostili concidis ictu
Ictus sed resipis, ah lachrymande senex

Hic facta est collisio in penthimemeri elegiaca

Hic facta est collisio in penthimemeri elegiaca

us corripuit

als Procondc.

BB

Barbara lora manus,ignaras criminis arcent.
Sponte sua fugiunt Barbara lora manus.
Ille superbus equo roborans clamore minaci
Stratus humi recubat,ille superbus equo
Colla paterna ferunt extincti viscera nati
Viuendi natum colla paterna ferunt.
Omnia vincit amor,iunxit soror imbre beatum
Somnus abest oculis,omnia vincit amor
Simplicitate placens/instar petit alta columbæ
Regna poli penetrat,simplicitate placens.
O minus apte deo mundus/cui panditur omnis
Abdita/ qui lustras o minus apte deo
Flammeus orbis habet iustum super ęthera nantem
Quem pius vsfit amor,flammeus orbis habet.
Ter vocitatus adest/testis nouitatis habendus.
Carus amore patris ter vocitatus adest
Dux bone bella monens,exemplis pectora firmas
Primus in arma ruis/dux bone bella monens
Congrua signa dedit/vitæ consortia linquens.
Ad vitam properans/congrua signa dedit
Psalmicen assiduus/nunq̃ dabat ocia plectro
Sacra canens obijt/psalmicen assiduus.
Mens quibus vna fuit/tumulo retinentur eodem
Gloria par retinet/mens quibus vna fuit.
Splendida visa via est,facibus stipata choruscis
Qua sacer ascendit/splendida visa via est.
Rupeta septa petens/nacta est errore salutem
Errorem euasit/rupeta septa petens
Synecresis in dipthongo facta
Poemata parua dedi/famulus pro munere supplex.
Exul inops tenuis,poemata parua dedi
Sint precor apta tibi cœlestis tramitis index
O Benedicte pater sint precor apta tibi.

¶ Hymnũ quoq̃ singula eiusdẽ patris miracula con tinentẽ metro Iambico archiloico ita contexImus

FRatres alacri pectore Venite concentu pari
Fruamur huius inclitę Festiuitatis gaudijs.
Hac Benedictus aurea Ostensor arti tramitis.
Ad regna cõscendit pater Captans laborum præmia
Effulsit vt sydus nouum Mundana pellens nubila
Aetatis ipso limite Despexit ęui florida
Miraculorum prępotẽs, Afflatus alto flamine
Resplenduit prodigijs Venturo sęclo præcinens
Laturus esum pluribus Panis reformat vasculum.

Artum petens ergastulū Extinxit ignes ignibus
Fregit veneni baiulam Crucis per arma cymbiam.
Coercuit mentem vagam Leni flagello corporis
Fundunt amnes rupibus Redit calybs e gurgite
Currit p vndas obsequēs Peplo puer vitat necem
Virus patescit abditum Mandata præpes efficit
Hostem ruina conterit Cedit fremens leo graue
Imo fit moles leuius Rogus migrat fantasticus.
Fractum reuisit sospitas Excessus absentum patet
Rector vafer deprēderis Inique possessor fugis.
Futura prænoscemini Archana cor non contegit.
Fundantur ędes somnijs Tellus vomit cadauera.
Dracone frenatū rugax Aether pluit nūmismata.
Vitrū resistit cautibus Manant oliuo dolia:
Vinctum resoluit visio Vitam receptant funera
Tanti potestas luminis Voto sororis vincitur.
Quo pl⁹ amat qs pl⁹ valet En a re quā cernit polum
Non ante sęclis cognitū Noctu iubar effulgerat
Quo totus orbis cernit Flammisq; subuehi pius.
Hæc instar nectaris Miranda plectro claruit.
Nam pinxit apte lineam Vitæ sacrę sequacibus.
Iam dux alūnis sit potens Assis gregis suspirijs
Gliscat bonis ydrū cauēs Sit callis vt sequax tui

LIbet breuiter referre quod beatus Gregoriuspapa minime in huius sanctissimi patris vita descripsit. Deniq; cū diuina ammonitiōe a Sublacu in hunc vbi requiescit locū per qnquaginta ferme milia aduentaret, tres eū corui quos alere solitus erat sunt circūuolitantes sicuti consueuerāt ad omne conuiuiū vsq; dum huc veniret, duo angeli in figura iuuenū apparentes/ ostenderūt ei quā viam arripere deberet. In loco aūt isto quidam dei seruus tunc habitaculum habebat ad quē diuinitus ita dictum est: His tu parce locis: alter amicus adest. Huc aūt, hoc est in Cassini arcē perueniēs/ in magna sp se abstinentia coartauit: sed p̄cipue quadragesimę tēpore inclusus & remotus a mundi strepitu mansit. Hęc omnia ex Marci poetę carmine sumpsi: qui ad eundem patrē huc veniens/ aliquot versus in eius laudem cōposuit: quos in his libellis (cauens nimiā longitudinē) minime descripsi. Certum tamen est hunc egregiū patrem vocatū cœlitus ob hoc ad hunc fertilē locū: & cui opima vallis subiacet aduenisse, vt hic multorū monachorū sicut & nunc deo presule facta est congregatio fieret. His cursim quæ omittenda non erant narratis, ad nostræ seriem reuertamur historiæ.

Caput XXVII

IGitur Otuuin de quo præmiseramus Langobardorū rex Rodelindam in matrimoniū habuit: quæ ei Albuuinū virū bellis aptū/ & per oīa strenuū peperit. Mortu⁹ itaq; est Otuuin: ac deinde regnū iam decimus Albuuin ad regendā patriā cunctorū votis accessit. Qui cū famosissimū & viribus vbiq; clarū nomen haberet, Chlotarius rex Francorū Chlotsuindam ei suā filiam in matrimoniū sotiauit: Chlotarius rex Chlotsuīda filia

Alsuuinda
Turisindus rex
Cunimundus rex
Auares
Hnni
Gepidę

de qua vnã tm̃ filiã Alsuuindam nomine genuit. Obijt interea Turisindus rex gepidanorũ, cui successit Chunimũdus in regno. Qui vindicare veteres gepidanorũ iniurias cupiẽs, irrupto cũ Langobardis fœdere, bellum potius ꝙ pacẽ elegit. Albuuin vero cũ Auaribus, qui primũ Huni, postea de regis proprij nomine Auares appellati sunt, fœdus perpetuũ iniit. Dehinc ad præparatũ cũ Gepidis bellum ꝓfectus est: qui cũ aduersus eũ e diuerso ꝓperarẽt, Auares (vt cũ Albuuin statuerant) eorum patriã inuaserũt. Tristis ad Chunimũdum nuncius veniens, inuasisse Auares eius terminos edicit. Qui postrat⁹ aĩo & vtrisq; in Angustijs positis hortat̃ tamen suos primum cũ Langobardis confligere: quos si superare valerent/ demum Hunorũ exercitũ e patria pellerent. Committit̃ ergo præliũ: pugnatũ est totis viribus: Langobardi victores effecti sunt: tanta in Gepidos ira sęuientes/ vt eos ad internitionẽ vsq; delerent: atq; ex eorũ copiosa multitudine vix nuncius superesset. In eo prę lio albuuin Chunimũdum occidit: caputq; illius sublatum ad bibendũ ex eo poculum fecit. Quod genus poculi apud eos Scala dicit̃, lingua vero latina, patera vocitatur: cuius filiam nomine Rosimundam cũ magna simul multitudine diuersi sexus & ętatis duxit captiuã, Quã quia Chlotsuinda obierat, in suam, vt post patuit, perniciẽ duxit vxorẽ. Tunc Langobardi tantã adepti sunt prædam vt iã ad amplissimas peruenirent diuitias. Gepidorũ vero ita genus est diminutũ vt ex illo iam tempore vltra non habuerint regem: sed vniuersi qui superesse bello poterant, aut Langobardis subiecti sunt, aut vsq; hodie Hunis eorum patriam possidentibus duro imperio subiecti gemũt. Albuuin vero ita præclarũ longe lateq; nomen percrepuit: vt hactenus etiã tam apud Baioariorũ gentem/ ꝙq; & Saxonũ, sed & alios eiusdem linguę homines eius liberalitas & gloria, bellorũq; fœlicitas & virtus in eorũ carminibus celebret, Arma quoq; præcipua sub eo fabricata fuisse, a multis hucusq; narrat̃.

Scala
Mosille vt ait Strabo lib. vij Scytharũ fuit vt hospites imolare/ humanis vesci carnibus, & pro pateris caluarias vsurpare, siue capitũ ossibus vti.
Rosimunda
Chlotsuinda
Defecit regnũ Gepidarum
Baioarij.
Saxones

Historiæ Langobardorum libri primi finis

PAVLI VVARNEFRID LANGOBARDI FILII DIACONI FOROIVLIENSIS HISTORIAE LANGOBARDICAE LIBER SECVNDVS

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SECVNDI.

Finiunt capitula



INCIPIT LIBER SECVNDVS Caput. I.

IGitur cum circūquaq̃ freque̅tes Langobardorū victorię personarent, Narses Cartularius imperialis qui tunc præerat Italiæ, bellum aduersus Totilam Gothorū regē pręparans, cū iam pridem Langobardos fœderatos haberet:legatos ad Albuuin di- Narses Totila

rigit/quatenus ei pugnaturo cũ Gothis auxiliũ ministraret. Tunc Albuuin electã e suis manũ direxit, qui Romanis aduersum Gothos suffragiũ ferrent. Qui p maris Hadriatici sinũ in Italiã trãsuecti, sotiatiq; Romanis/pugnã inierũt cũ Gothis. Quibus vsq; ad internitionẽ pariter cum Totila suo rege deletis/ honorati multis muneribus, victores ad ꝓpria remearunt: oĩq; tp̃e quo Langobardi Pannoniam possederũt, Romanę reipub. aduersum emulos adiutores fuerũt. Caput. II.

Buccellinus dux. Theudepertus rex Francorũ. Amingus

His tp̃ibus Narses etiã Buccellino duci bellũ intulit: quẽ Theudepert⁹ rex Francorum cũ in Italiã introisset, reuersus iam ad Gallias cũ Amingo alio duce ad subijciẽdam Italiã dereliquerat. Qui Buccellinus cũ pene totã italiã direptionibus vastaret, & Theudeperto suo regi de pręda Italiæ munera copiosa conferret: cũ in Cãpania hyemare disponeret, tandẽ in loco cui Tannetũ nomen est/ graui bello a Narsete supatus/extinctus est. Amingus vero dũ Vuidin Gothorũ comiti contra Narsetẽ rebellanti auxiliũ ferre conatus fuisset/vtriq; a Narsete superati sunt. Vuidin captus/Constantinopolim exiliat. Amingus vero q ei auxiliũ prębuerat/ Narsetis gladio perimit. Tertius q̃q; Francorũ dux noĩe Leuthardus Buccellini Germanus, dum multa pręda onustus ad patriã cuperet reuerti, intra Veronã & Tridentũ iuxta lacũ Benacũ ꝓpria morte defunctus est. Caput. III.

Tannetum

Vuidin, al's Vuido

Leuthardus al's Leutharius

Iduald Brentorũ (al's Britonorum) rex Odoachar

Habuit nihilominus Narses certamen aduersus Iduald Brentorũ regem qui adhuc de Herulorum stirpe remanserat: quẽ secũ in Italiã veniens olim Odoachar adduxerat. Huic Narses fideliter sibi primũ adhęrenti/ multa beneficia cõtulit: sed nouissime supbe rebellantẽ/& regnare cupientẽ bello superatũ & captũ celsa de trabe suspẽdit. Eo quoq; tempore Narses patricius per Dagisteũ magistrũ militũ virum bellicosum & fortẽ vniuersos Italiæ fines obtinuit. Hic Narses pri⁹ qdem chartularius fuit: deinde ꝓpter virtutũ merita patriciatus honorẽ ꝓmeruit. Erat aũt vir pijssimus: in relligione catholicus: in pauperes munificus: in recuperãdis basilicis satis studiosus: vigilijs & orationibus in tantũ studens/vt plus supplicationibus ad deũ ꝓfusis/q̃ armis bellicis victoriã obtineret. Caput. IIII.

Dagisteus

Narses

Huius tp̃ibus in ꝓuincia præcipue Liguriæ maxima pestilẽtia exorta est. Subito. n. apparebãt quędam signacula per domos, hostia, vasa, vel vestimẽta: quę si qs voluisset abluere/magis magisq; apparebãt. Post annũ vero expletũ cęperũt nasci in inguinibus hoĩm/vel in alijs delicatioribus locis glandulę, in modũ nucis seu dactyli: quas mox subsequebat̃ febriũ intolerabilis ęstus: ita vt in triduo homo extinguereť. Sin vero aliqs triduũ trãsegisset/habebat spem viuẽdi. Erat aũt vbiq; luctus, vbiq; lachrymę: nam & vulgi rumor habebat fugientes cladem vitare. Relinquebantur domus desertæ habitatorib⁹, solis catulis domũ seruãtibus: peculia sola remanebant in pascuis, nullo astãte pastore. Cerneres pridẽ villas seu castra replcta agminibus hoĩm: postera vero die vniuersis fugiẽtib⁹/cuncta esse in summo silentio. Fugiebant filij cadauera insepulta parentũ relinquẽtes: parẽtes obliti pietatis viscera/natos relinquebant ęstuãtes. Si quẽ forte antiqua pietas pstringebat, vt vellet sepelire ꝓximũ/restabat ipse insepultus: & dũ obsequebat̃, perimebat̃. Dũ funeri obsequiũ præbebat/ipsius funus sine obseqo manebat. Videres sęculũ in antiquũ redactum silentiũ: nulla vox in rure: nullus pastorũ sibilus: nullæ insidiæ bestiarũ in pecudib⁹: nulla damna in domesticis volucrib⁹. Sata trãsgressa metẽdi

Creutz

tempus intacta expectabant messore͂:vinea amissis folijs radiãtibus vuis illesa ma-
nebat hyeme ꝓpinquãte. Nocturnis seu diurnis horis psonabat tuba bellantiu͂:au-
diebat a pluribus quasi murmur exercitus:nulla erãt vestigia co͂meantiu͂:null⁹ cer-
nebat percussor:& tn̄ visum oculoru͂ superabãt cadauera mortuoru͂. Pastoralia lo
ca versa fueru͂t in sepulturã hoi͂m:& habitacula humana facta fuerãt confugia be-
stiaru͂. Et hæc qde͂ mala intra Italiã tantu͂ vsq; ad fines gentium Alamanoru͂ & Ba
ioariorum solis Romanis acciderãt. Intra hæc Iustiniano principe vita decedente, Iu
stinus minor rempublicã apud Constãtinopolim rege͂dam suscepit. His q̃q; te͂po
ribus Narses patricius, cui⁹ ad oi͂a studiu͂ vigilabat, Vitale͂ episcopu͂ Altinę ciuita-
tis:q ante annos plurimos ad Francoru͂ regnu͂ co͂fugerat, hoc est ad Adagonthie͂-
sem ciuitate͂:tandem compręhe͂sum apud Siciliã exilio damnauit. Caput. V.

Alamanni. Baioarij. Iustinus Cæs. Iustinus minor. Vetustus Codex habet Iustinianus. Vitalis episcopus. Adagonthiensis ciuitas

IGitur deleta, vt dictum est, vel supata Narses omni Gothoru͂ gente, his q̃q; de
qbus diximus pari modo deuictis, dum multu͂ auri siue argenti/ seu cęterarum
specieru͂ diuitias acquisisset/ magnã a Romanis ꝓ qbus multa co͂tra eoru͂ hostes la
borauerat/ inuidiã ptulit. Qui contra eu͂ Iustino Augusto & eius coniugi Sophię
in hæc verba suggesseru͂t/ dicentes: Quia expedierat Romanos Gothis potius ser
uire/ q̃ Græcis:vbi Narses eunuchus imperat, & nos seruitio premit: & hęc piissi
mus noster princeps ignorat. Aut libera nos de manu eius:aut certe & ciuitate͂ Ro
manã/ & nosmetipsos gentibus trademus. Cu͂q; hoc Narses audisset/ hęc breuiter
rettulit verba. Si male feci cu͂ Romanis/ malu͂ inueniã. Tunc Augustus in tantu͂ ad
uersus Narsete͂ co͂motus est/ vt statim in Italiã Longinu͂ præfectum mitteret, qui
Narsetis locu͂ obtineret. Narses vero his cognitis/ valde pertimuit:& in tantu͂ ma-
xime ab eade͂ Sophia Augusta territus est/ vt regredi vltra Constantinopolim no͂
auderet. Cui illa inter cętera (quia eunuchus erat) hæc ferͭ mandasse, vt cu͂ puellis
in genetio lanaru͂ faceret pensa diuidere. Ad quæ verba Narses dicit hęc responsa
dedisse, talem se eide͂ telam orditu͂ru͂/ qualem ipsa dum viueret deponere no͂ pos-
set. Itaq; odio metuq; agitatus, in Neapolim Campaniæ ciuitate͂ secedens, legatos
mox ad Langobardoru͂ gente͂ dirigit, mãdans vt pauperrima Pannoniæ rura de
sererent:& ad Italiã cunctis refertã diuitijs posside͂dam venirent: simulq; multimo
da pomoru͂ genera, aliaru͂q; rerum species (quaru͂ Italia ferax est) mittit, quatenus
eoru͂ ad veniendu͂ animos possit illicere. Langobardi lęta nuntia, & quæ ipsi prę-
optabant, gratanter suscipiu͂t:deq; futuris commodis animos attollunt. Continuo
apud Italiã terribilia noctu signa visa sunt:hoc est ignęę acies in cœlo apparueru͂t:
eu͂ scilicet qui postea effusus est sanguine͂ choruscantes Caput. VI.

als Iustiniano. Sophia Aug. Longinus.

ALbuuin vero ad Italiã cu͂ Langobardis ꝓfecturus/ ab amicis suis vetulis Sa-
xonibus auxiliu͂ petijt:quatenus spaciosam Italiã cum pluribus possessur⁹ in-
traret. Ad que͂ Saxones plus q̃ viginti milia viroru͂ cum vxoribus simul & paruu
lis, vt cu͂ eo ad Italiã pergerent:iuxta eius voluntate͂ veneru͂t. Hoc audientes Clotha
rius & Sigibertus reges Francoru͂/ Sueuos aliasq; gentes in locis de quibus iidem
Saxones exierant/ posuerunt. Caput. VII.

Clotharius. Sigibertus. Sueui. Huni

TVnc Albuuin sedes proprias, hoc est Pannoniam amicis suis Hunis contri-
buit:eo scilicet ordine, vt si quo te͂pore Langobardis necesse esset reuerti/ sua
rursus arua repeterent. Igitur Langobardi relicta Pannonia/ cu͂ vxoribus & natis

omniq; suppellectili italiã ꝓperãt possessuri. Habitauerũt aũt in Pannonia annis quadraginta duobus: de qua egressi sunt mense Aprilis per inditionẽ primã: alio die post sanctum pascha cuius festiuitas eo anno iuxta calculi rationẽ in ipsis kalẽ. Aprilibus fuit: cũ iã a dñi incarnatione anni qngenti. lxviij. essent euoluti. C. VIII.

IGitur cum rex Albuuin cũ omni suo exercitu/ vulgiq; ꝓmiscui multitudine, ad extremos italiæ fines peruenisset. montẽ qui in eisdem locis ꝓminet ascendit: in-deq; prout conspicere potuit/ partẽ italiæ contẽplatus est. Qui mons ꝓpter hanc

Mons Regis

vt fertur causam ex eo tẽpore mons Regis appellatus est. Fertur in hoc monte bi-sontes feras enutriri. Nec mirũ cum vsq; huc Pannoniã pertingat, quæ horum ani

Bisontes.

mantiũ ferax est: deniq; retulit mihi qdam veracissimus senex tale se coriũ in hoc monte occisi bisontis vidisse: in quo quindecim (vt aiebat) homines vnus iuxta ali um potuissent cubare. Caput. IX.

INdeq; Albuuin cũ Venetiæ fines, quę prima est italiæ ꝓuincia, sine aliquo ob staculo, hoc est ciuitatis vel castri Foroiuliani terminos introisset, perpendere cę pit cui potissimũ primam ꝓuinciarũ quam cæperat cõmittere deberet. Siqdẽ oĩs

Italiæ descri/ptio

Italia quæ versus meridiẽ/ vel poti⁹ in Eurũ extendit̃, Tyrreni siue Hadriatici ma ris fluctibus ambit̃. ab occiduo vero & ab aquilone iugis alpiũ ita circũdudit̃/ vt nisi per augustos meatus, & per summa iuga montiũ non possit habere introitũ. Ab oriẽtali vero parte qua Pannonię coniungit̃, & largius patentẽ/ & planissimũ habet ingressum. Igit̃ vt diximus, dum Albuuin animũ intenderet quẽ in his locis

Sisulfus al's Gisulfus. Strator, al's Marpahis.

ducẽ cõstituere deberet: Sisulfum vt fert̃, suũ nepotẽ virũ ꝑ oĩa idoneũ: q tunc qui dem strator erat: quẽ lingua ꝓpria Marpahis appellãt, Foroiulianę ciuitati/ & to ti illi regioni præficere statuit. Qui Sigulfus nõ prius se regimen eiusdem ciuitatis & populi suscepturum edixit: nisi ei quas eligere voluisset Lãgobardorũ pharas, hoc est generationes vel lineas tribueret. Factumq; est, & annuente sibi rege quas optauerat, Langobardorũ præcipuas ꝓsapias vt cũ eo habitarent accepit: & ita de mum ductoris honorem adeptus est. Poposcit q̃q; a rege generosarũ equarũ gre ges: & in hoc quoq; liberalitate principis exauditus est. Caput. X

HIs diebus qbus Langobardi Italiã inuaserunt, Francorũ regnũ mortuo iã eo

Reges Francorum

rum rege Clothario, eius filij quadrifarie regebant, diuisum. Primusq; ex his

al's Aribertus. Gundrãmus Hilpericus.

Heribertus sedẽ habebat apud Parhisios: secũdus vero Gundrãmus ciuitati præ sidebat Aurelianẽsi. Tertius q̃q; Hilbericus cathedrã habebat apud Suessionas in loco Clotharij patris sui. Quartus nihilominus Sigibertus apud vrbem regnabat

Benedictus papa. Paulus patri/archa

Metẽsem. Hoc etiam tempore Romanã ecclesiã vir sanctissimus Benedictus papa regebat: Aquileiensi quoq; ciuitati eiusq; populis beatus Paulus patriarcha præ-erat. Qui Langobardorũ barbariem metuens, ex Aquileia ad gradus insulã cõfu-git: secũq; omnem suę thezaurũ ecclesię deportauit. Hoc anno supiori hyeme tan-

Fertilitas ma/gna

ta nix in planicie cecidit/ quanta in summis alpibus cadere solet. Sequẽti vero ęsta-te tanta fertilitas extitit, quantã nulla ætas asseueratur meminisse. Eo quoq; tem-

Huni Auares

pore comperto Huni qui & Auares morte Clotharii regis super Sigibertum

al's albam

eius filium irruunt: quibus ille in Turingia occurrens/ eos iuxta Albem fluuium potentissime superauit: eisq; petentibus pacẽ dedit. Huic Sigisberto de Hispanijs

al's Brunihil/dis

adueniens Brunichildis matrimonio iuncta est: de qua ille filiũ Childebertũ no-mine suscepit. Rursumq; Auares cum Sigisberto in locis vbi & prius pugnantes,

Francorũ ꝑterentes exercitũ, victoriã sunt adepti. Cap. XI

NArses vero de Campania Romã regressus, ibidẽ non post multũ tempus ex hac luce subtractus est. Cuius corpus positũ in locello plumbeo cum omnibus eius diuitijs, Constantinopolim est perlatum. Caput XII.

IGitur albuuin cũ ad fluuiũ Plauem venisset, ibi ei foelix Episcopus Teruisianæ ecclesię, occurrit. Cui rex vt erat largissimus omnes sue ecclesię facultates, postulanti concessit, & per suum pracmaticũ postulata firmauit. Caput XIII.

als Planem. Foelix episcopus.

SAne quia huius foelicis fecimus mentionem, libet quoq; nos pauca de venerabili & sapientissimo viro Fortunato retexere: qui hunc foelicem suum asseuerat socium fuisse. Deniq; hic de quo loquimur Fortunatus natus quidem in loco qui Duplauilis dicit̃, fuit: qui locus haud longe a Cenitensi Castro vel Taruisiana distat ciuitate, sed tamen Rauennę nutritus & doctus, in arte grammatica siue rhetorica, seu etiam metrica, clarissimus extitit. Hic cum oculorũ dolorem vehementissimũ pateretur, & nihilominus foelix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, vtriq; ad Basilicam beatorũ Petri atq; Ioannis, quę inter eandẽ vrbem sita est, perrexere: in qua etiã altare in honore beati Martini confessoris constructũ, ꝓpinquã habet fenestrã: in qua lucerna ad exhibendũ lumẽ, est cõstituta. De cuiꝰ oleo mox sibi isti, Fortunatꝰ scilicet & foelix dolẽtia lumina tetigerũt, illico dolore fugato sanitatem quã optabant, adepti sunt. Qua de causa fortunatus in tantum beatũ Martinũ veneratus est, vt relicta patria, paulo anteq; Langobardi italiam inuaderent, Turõis ad eiusdem beati viri sepulchrum ꝓperaret. Qui sibi vt in suis ipse carminibus refert, illuc ꝓperandi, per fluenta Taliamẽta & Reuniã perq; & Osopum & Alpem iuliam perq; Agantum castrũ Drauũq; & Byrrum fluuios, ac Briones & Augustam ciuitatem quam Virdo & Lecha fluentant, itꝛ fuisse describit. Qui postq; Turonis iuxta votũ ꝓprium aduenit, pictauis pertransiens, illic habitauit: & multorũ ibidẽ sanctorũ gesta partim prosa, partim metrali ratione conscripsit: nouissimeq; in eadẽ ciuitatẽ primũ presbiter, deinde Episcopus ordinatus est, atq; in eodem loco digno tumulatus, honore quiescit. Hic beati Martini vitã quatuor in libris heroico versu contexuit, & multa alia maximeq; hymnos singularũ festiuitatum & præcipue ad singulos amicos versiculos, nulli poetarũ secundus, suaui & diserto sermone cõposuit: ad cuius ego tumulũ: cũ illuc orationis gratia aduẽtassem, hoc epithaphiũ rogatus a presbytero eiusdẽ loci abbate scribẽdum contexui

Fortunatus: als duplabilis Cenitense castrum Rauenna

S. Martinus

Turoue Tiliamentum als tiliamentũ Reunia Osopus Alpes iuliæ. Aguntus Drauus Byrrus Briones: Augusta Virdo Vuertach Lecha.

als oreq;

Ingenio clarus, sensu celer, ore suauis,
  Cuius dulce melos/pagina multa canit.
Fortunatus apex vatum venerabilis actu,
  Ausonia genitus, hac tumulatus humo.
Cuius ab ore sacro sanctorum gesta priorum
  Discimus: hæc monstrant carpere lucis iter.
Foelix quę tantis decoraris Gallia gemmis,
  Lumine de quarum nox tibi tetra fugit.
Hos modicos prompsi plebeio carmine versus,
  Ne tuus in populis sancte lateret honor.
Redde vicem misero/ne iudice spernar ab ęquo,
  Eximijs meritis posce beate precor.

als piorum

Hęc paucis de tanto viro, ne eius vitam sui ciues funditus ignorarent, delibauim⁹ nunc ad historiæ seriem reuertamur. Caput. XIIII

Vincentia Verona Patauium Mons silicis Mantua Venetiæ Addua adda Pergamus. Lacus Benacus Mintius

IGitur Albuuin Vincentiã/Veronãq; & reliquas Venetiæ ciuitates, exceptis Patauiũ/& montem silicis/& Mantuã cœpit. Venetia enim nõ solum in paucis insulis quas nunc Venetias dicimus constat: sed eius terminus a Pannoniæ finibus vsq; Adduã fluuium ꝓtelat̃. Probat̃ hoc annalibus libris: in quibus Pergamus ciuitas esse legit̃ Venetiarũ. Nam & de lacu Benaco in historijs ita legimus: Benacus lacus Venetiarũ: de quo Mintius fluuius egreditur. Eneti enim licet apud latinos vna litera addat̃, græce laudabiles dicunt̃. Venetiæ etiã Hystria cõnectit̃: & vtręq; pro vna ꝓuincia habent̃. Hystria aũt ab hystro flumine cognominat̃: quæ scd'm Romanã historiã amplior q̃ nunc est/fuisse ꝑhibet̃. Hui⁹ Venetiæ Agleia ciuitas extitit caput: ꝓ qua nũc Forũ Iulij ita dictũ/cp Iuli⁹ Cęsar negotiatiõis forũ ibi statuerat/habet̃. Cap. XV.

Aquileia Forum Iulij

Liguria Mediolanum. Ticinus Papia Sueuia Alamanni Rhetia. 1. 2.

NOn ab re esse arbitror, si etiã cęteras Italiæ ꝓuincias attingamus. Secũda ꝓuincia est Liguria: a legẽdis. i. colligendis leguminib⁹ quorũ satis ferax est, nominat̃: in qua Mediolanũ est, & Ticinus: quę alio noĩe Papia appellat̃. hæc vsq; ad Gallorũ fines extendit̃. Inter hanc & Sueuiã hoc est Alamanorũ patriã q̃ versus Septentrionẽ est posita, duę ꝓuinciæ. i. Rhetia prima & Rhetia secũda intra alpes cõsistũt: in qb⁹ ꝓprię Rheti habitare noscunt̃.

Caput. XVI

Alpes Cocciæ Coccius Nero

Aquis Dertona Bobium Genua Saona Tuscia Aurelia Vmbria Roma Perusium Lacus clitorius Spoletum

QVinta vero prouincia alpes Cocciæ dicunt̃: quæ sic a Coccio rege qui Neronis tpe fuit/appellatæ sunt. Hæc a Liguria in Eurũ versus vsq; ad mare Tyrrenum extendit̃: ab occiduo vero Gallorũ finibus copulat̃: in hac Aquis vbi aquæ calidę sunt, Dertonã & Monasteriũ Bobiũ: Genua q̃q; & Saona ciuitates habent̃. Sexta ꝓuincia Tuscia est: quę a Thure quod populus illius supsticiose in sarificijs deorũ suorũ incendere solebat/sic appellata est. Hæc habet intra se Circiũ versus Aureliã, ab orientis vero parte vmbriã. In hac prouincia Roma, quæ olim toti⁹ mundi caput extitit, est constituta. In vmbria vero quę istius in parte ponit̃/Perusium & Lacus clitorius Spolitumq; consistunt. Vmbria aũt dicta est quod, imbribus superfuerit, cum aquosa clades olim populos deuastaret. Caput. XVII.

Campania Siler Capua Neapolis Salernus. Lucania

Brutia

SEptima quoq; ꝓuincia Campania ab vrbe Roma vsq; ad Siler Lucanię fluuiũ ꝑducitur: in qua opulentissimę vrbes Capua Neapolis & Salernus constitutæ sunt. Quę ideo Campania appellata est ꝓpter vberrimã capuæ planiciem: cæterũ ex maxima parte montuosa est. Porro octaua Lucania, quæ nomen a quodã luco accepit a Silere fluuio Inchoat, cũ Brutiã, quæ ita a regină quondam suæ nomine appellata est, vsq; ad fretũ siculũ: per ora maris Tyrrheni, sicut & duæ superiores dextrum Italiæ cornu tenens pertingit, in qua Pestus & Lainus, Cassianum & Cõsentia Regiumq; sunt positæ ciuitates. Caput. XVIII.

Pestus Lanius Cassianum Consentia Regium. Appenninus

Forronianus. Mons pellius Bobiũ. Vrbinum Verona

NOna deniq; prouincia in Appenninis alpibus nuncupatur: quæ inde originem capiunt, vbi Cocciarũ alpes finiunt̃. Hę Apẽninę alpes per mediã Italiã pergentes, Tusciam ab Aemilia, vmbriamq; a Flãminia diuidunt: in qua sunt ciuitates Forronian⁹ & Montepelliũ, Bobiũ, & Vrbinũ, nec nõ & opidũ qd' Verona appellat̃, Alpes autem Apenninę dictæ sunt a Punicis hoc est, Hannibale & eius exercitu, qui per easdem Romã tendentes transitum habuerũt. Sunt qui alpes coccias & Appenninas vnã dicunt esse prouinciã: sed hos Victorini reuincit historia

quæ alpes Coccias per se ꝓuinciã appellat. Decima porro Aemilia a Liguria incipiens intra Appenninas alpes & Padi fluenta versus Rauennã pergit. Hęc locupletibus vrbibus decorat̃: Placẽtia scilicet, Parmaq̃ Regio, & Bononia Cornelijq̃ foro: cuius castrũ Imolas appellat̃. Extiterunt quoq̃ qui Aemiliã & Valeriã / Nursiamq̃ vnã ꝓuinciã dicerent. Sed horũ sententia stare non potest: q̃a inter Aemiliã, & Valeriã / Nursiãq̃ Tuscia & vmbria sunt constitutæ, Caput. XIX

Padus
Placentiã
Parma
Bononia
Forũ Cornelij
Imolas

DEhinc vndecima ꝓuinciarũ est flamminia: quæ inter Appẽninas alpes & mare est Hadriaticũ posita: in qua nobilissima vrbiũ Rauenna / & q̃nq̃ alię ciuitates consistunt: quæ vocabulo Græco Pentapolim appellant̃. Constat aũt Aureliam / Aemiliãq̃ & Flamminiã a constratis vijs quæ ab vrbe Roma veniunt, & ab eorũ vocabulis a quibus sunt constratæ talibus nominibus appellari. Post Flaminiã duodecima Picenus occurrit: habens ab Austro Appẽninos montes: ex altera vero parte Hadriaticũ mare. Hæc vsq̃ ad fluuiũ Piscariũ pertendit: in qua sunt ciuitates Firmus / Asculus / & Pinnis / etiã vetustate consumpta Hadria: quę Hadriatico pelago nomen dedit. Huius habitatores cũ a Sabinis illuc ꝓperarent / in eorũ vexillo Picus consedit, atq̃ hac de causa Picenus nomen accepit. Caput. XX.

Rauenna
Pentapolis
Picenus:
Piscarius
Firmus
Asculus
Pinnis
Hadria

POrro tredecima Valeria: cui est Nursia adnexa: inter Vmbriã & Campaniã, Picenũq̃ consistit: quæ ab orientẽ Samnitũ regionem attingit. Huius pars occidua quę ab vrbe Roma initiũ capit, olim ab Etruscorũ populo ætruria dicta est. Hęc habet vrbes Tyburim. Carsiolis. Reate, Furcanũ & Amiternum regionemq̃ Marsorũ & eorũ lacum qui Fucinus appellat̃. Marsorũ quoq̃ regionẽ ideo inter Valeriã ꝓuinciam estimo cõputari: quia in catalogo ꝓuinciarũ Italiæ minime ab antiquis descripta est. Si quis aũt hanc per se ꝓuinciã esse vera ratione comprobauerit, huius rationabilis sententia modis erit oĩbus tenenda. Quartadecima Samnium inter Campaniã & mare Hadriaticũ, Apuliamq̃ a Piscaria incipiens habet̃. In hac sunt vrbes Theate / Aufidena / Hisernia & antiquitate consumpta Samnium: a qua tota prouincia nominatur: & ipsa harum prouinciarũ caput ditissima Beneuẽtus. Porro Samnites nomẽ accepere olim ab hastis quas ferre solebãt: quasq̃ Græci Samia appellant. Caput. XXI

Valeria.
Nursia
Samnites
Etruria
Tyburs:
Carsolis
Reate.
Furcania
Amiternum
Marsi.
Lacus Fuci/nus
Samnites
Theate
Aufidena. al's Aufidem.
Hisernia
Beneuentus

QVintadecima ꝓuinciarũ est Apulia, consotiata sibi Calabria. Inter quã est regio Salentina. Hæc ab occidente vel affrico habet Samniã & Lucaniã: a solis vero ortu Hadriatico pelago finit̃. Hæc habet vrbes satis opulẽtas Luceriã, Sepõtum, Canusiũ, Agerentiã, Brũdusiũ, & Tarentũ: & in sinistro Italię cornu q̃nquaginta milibꝰ extendit̃: aptam mercimonijs ydrontũ. Apulia aũt a perditione nominatur. Citius. n. ibi solis feruoribus terræ virentia perdunt̃. Caput. XXII.

Apulia
Calabria
Salentina.
Luceria
Sipontus
Canusium
Agerantia
Brundusium:
Tarentum
Ydrontum

SExtadecima ꝓuincia Sicilia insula computat̃: quæ Tyrrheno seu Ionio alluitur de Siculiq̃ ducis ꝓprij nomine nuncupat̃. Septimadecima Corsica, octauadecima Sardinia ponit̃: quæ vtræq̃ Tyrrhenis fluctibꝰ ambiunt̃. Porro Corsica a duce suo Corso, Sardinia a Sarde Herculis filio nominat̃. Caput. XXIII

Sicilia
Corsica:
Sardinia.

CErtũ est tamẽ Liguriam & partem Venetiæ: Aemiliam quoq̃ Flamminiãq̃ veteres historiographos Galliam cisalpinam appellasse. Inde est ꝙ Donatus grammaticus in expositione Vergilij Mantuam in Gallia esse dixit: indeq̃ est q̃d in Romana historia legitur Ariminum in Gallia constitutum. Siquidem antiquissimo tempore Brennus rex Gallorum, qui apud Senonas vrbem regnabat

Gallia Cisal/pina
Mantua
Ariminum.
Brennus
Senonas

Senogallia cum trecentis milibus Gallorũ ſenonũ ad Italiam venit:eamq; vſq; ad Senogalliã quęa gallis ſenonibus vocitata eſt occupauit.Cauſa aũt cur galli in italiam venerũt hæc fuiſſe deſcribit. Dũ enim vinũ deguſtaſſent, ab italia delatũ,auiditate vini il-

Delphos lecti ad italiã tranſierũt. Horum centum milia non longe a Delphos inſula ꝓpe-

Galacia rantes,græcorũ gladijs extincta ſunt.Alia vero centũ milia in Galaciã ingreſſa,pri

Gallogræci Galatę mũ Gallogræci, poſtea vero Galatæ,appellata ſunt,& hi ſunt/ quib⁹ doctor gen tiũ ſcripſit epiſtolam Paulus.Centũ milia quoq; gallorũ,quæ in italia remanſerũt

Ticinũ Mediolanum Pergamus. Brixia. Gallia/trãſal/pina. Ticinũ Mediolanũq; Pergamũ,Brixiamq; conſtruentes,Ciſalpinę,Galliæ regioni nomen dederunt.Iſtiq; ſunt Galliſenones, qui olim vrbem romuleã inuaſerũt. Sicut em̃ dicimus Galliam tranſalpinam, quę vltra alpes habet̃,ſic Galliam ciſalpinam hãc partẽ,quę infra alpes eſt vocitamus. Caput. XXIIII.

Italia quoq;,quę has ꝓuincias continet,ab Italo ſiculorũ duce,qui eam antiquitus inuaſit,nomẽ accepit.Siue ob hoc Italia dicit̃,quia magna in ea boues,hoc eſt

Italus Itali habentur.Ab eo namq; quod eſt/Italus per diminutionẽ licet vna littera ad-

Auſonia dita,altera imutata,vitulus appellatur. Italia etiã Auſonia dicitur, ab Auſono vli- xis filio primitus tamen Beneuentana regio hoc nomine appellata eſt poſtea vero

Latium tota ſic cœpit italia vocitari/Dicitur quoq; etiam Latium italia:pro eo qd' ſaturn⁹ ioue̅ ſuum filium fugiens intra eam inueniſſet latebram.Igitur poſtq; de italię ꝓuincijs vel ipſius nomine,interq; res gęſtas,deſcripſimus,ſufficienter eſt dictum, nunc ad hiſtoriæ ordinem redeamus. Caput. XXV.

Alboin ingreſſus Liguriam Albuuin igitur Liguriam introiens/indictione ingrediẽte tertia tertio nonas. Septembris,ſub tẽporib⁹ Honorati Archiepiſcopi,Mediolanũ ingreſſus eſt,

Honoratus Archiepiſcopus Mediolanum Paulus patriarcha Probinus. dehinc vniuerſas liguriæ ciuitates,præter has que in littore maris ſunt poſitæ pene cœpit.Honoratus vero Archiepiſcopus,Mediolanũ deſerens,ad Genueſem vrbẽ confugit.Paulus quoq; patriarcha annis duodecim ſacerdotiũ gerens,ab hac luce ſubtractus eſt:regendamq; eccleſiam Probino reliquit. Caput.XXVI.

Ticinum Ticinenſis eo tempore ciuitas vltra tres annos obſidionẽ perferẽs,ſe fortiter cõ tinuit:Langobardorũ exercitu nõ ꝓcul iuxta eã ab occidentali parte reſidente Interim Albuuin eiectis militibus inuaſit omnia vſq; ad Tuſciã, præter Romã & Rauennã: & aliqua caſtra quæ erant in maris littore conſtituta. Nec erat tunc vir tus Romanis vt reſiſtere poſſent:quia & peſtis inguiraria quæ ſub Narſete facta eſt,plurimos in Liguria & Venetis extinxerat:& poſt annũ quem diximus fuiſſe vbertatis,fames nimia ingruens,vniuerſam Italiam deuaſtabat. Certum eſt tamen tunc Albuuin mulios ſecũ ex diuerſis quas alij reges vel ipſe cœperat gentibus ad

Gepidi Bulgares Sarmatæ Pannonij Sueui Norici Italiã adduxiſſe.Vnde vſq; hodie eorũ in qbus habitant vicos Gepidos Bulgares Sarmatas,Pannonios,Sueuos,Noricos,ſiue alijs eiuſcemodi noĩbus appellatos.

Ticinum de/dit ſe At vero Ticinenſis ciuitas poſt tres annos/& aliquot menſes Cap.XXVII obſidionẽ perferens,tandem ſe Albuuin & Langobardis obſidentibus tra- didit.In quam cũ Albuuin per portam quæ dicit̃ ſancti Ioannis ab orientali vrbis parte introiret:equus eius in portę medio concidens: q̃uis calcaribus ſtimulatus, q̃uis hincinde haſtarũ verberibus cęſus,nõ poterat eleuari. Tunc vnus ex eiſdem Langobardis taliter regem allocutus eſt/dicens:Memento domine rex quale votum vouiſti:frange tam durũ votum:& ingredieris vrbem. Vere etenim chriſtia-

nus est populus in hac ciuitate. Siquidem Albuuin vouerat q̄ vniuersum populū qui se tradere noluisset/gladio extingueret. Qui postq̄ tale votū disrumpens, ciuibus indulgentiā ꝓmisit: mox eius equus consurgēs, ipse ciuitatē ingressus, nulli lesionē inferens/in sua ꝓmissione permansit. Tunc ad eū omnis populus in palatiū quod quondam rex Theodericus construxerat/concurrens: post tantas animi miserias de spe iam fidus cœpit futura reuelare. Theodericus rex.

Caput. XXVIII.

QVi Rex postq̄ in Italia tres annos & sex menses regnauit/insidijs suæ coniugis interemptus est. Causa aūt interfectionis eius hæc fuit: Cum in cōuiuio vltra q̄ oportuerat apud Veronā lętus resideret, cū poculo quod de capite Chunimundi regis soceri sui fecerat, reginæ ad bibendum vinū dari præcepit: atq̄ eam vt cū patre suo lętanter biberet inuitauit. Hoc ne cui videat̄ impossibile, veritatē in Christo loquor, ego hoc poculum vidi in quodam die festo Racchis principē vt illud conuiuis suis ostentaret, tenentem. Igitur Rosemunda vbi rem animaduertit altū concipiens in corde dolorē: quem cōpescere non valens/mox in mariti necem patris funus vindicatura exarsit: consiliūq̄ mox cum Helmichis, qui regis scilpor, hoc est armiger & conlactaneus erat, vt regem interficeret inijt. Qui reginę persuasit vt ipsa Peredeū qui erat vir fortissimus in hoc consiliū asciret. Peredeus cū reginæ suadenti tantū nefas consensum adhibere nollet, illa se noctu in lectulo suę vestiariæ cū qua Peredeus stupri consuetudinē habebat, supposuit: vbi Peredeus rei nescius veniens/ cū regina cōcubuit. Cumq̄ illa patrato iam scelere ab eo quęreret quam se esse existimaret: & ipse nomen amicæ quā esse putabat nominasset, regina subiunxit: Nequaq̄ vt putas/sed ego Rosemunda sum inquit. Certe nūc talem rē Peredee perpetratā habes, vt aut tu Albuuin interficies, aut ipse te suo gladio extinguet. Tunc intellexit malum quod fecit: & qui sponte noluerat/tali modo in regis necem coactus assensit. Tunc Rosemunda dum se Albuuin meridie sopori dedisset, magnum in palatio silentium fieri præcipiens: omnia alia arma subtrahens, spatam illius ad lectuli caput, ne tolli aut euaginari possit, fortiter conligauit: & iuxta consiliū Peredei Helchmis interfectorē omni bestia crudeliorē introduxit. Albuuin subito de sopore experrectus/ malū quod imminebat intelligens, manū citius ad spatam porrexit: quam strictius religatam abstrahere non valens, apprehēso tamē scabello subpedaneo/se cū eo per aliquod spaciū defendit. Sed heu prohdolor vir bellicosissimus & summę audacię nihil contra hostē præualens, quasi vnus de inermibus interfectus est: vniusq̄ mulierculę consilio perijt, qui per tot hostiū strages bello famosissimus extitit. Cuius corpus cum maximo Langobardorū fletu & lamentis sub cuiusdam scalę ascensu, quæ palatio erat contigua, sepultum est. Fuit autem statura ꝓcerus: & ad bella peragenda toto corpore coaptatus. Huius tumulum nostris in diebus Giselpertus qui dux Veronensium fuerat aperiēs, spatā eius, & si q̄d in ornatu ipsius inuentū fuerat/abstulit. Qui se ob hanc causam vanitate solita apud indoctos hoīes Albuuin se vidisse iactabat.

Rosemunda

Helmichis al's Helmigiso al's sculpar

Peredeus

al's Helmigison

Albuuin occiditur

Giselpertus

Cap. XXIX.

IGitur Helmichis extincto Albuuin/regnum eius inuadere conatus est, sed minime potuit: quia Langobardi nimiū de morte illius dolentes, eum moliebantur extinguere. Statimq̄ Rosemunda Longino præfecto Rauennæ mandauit/ vt citius nauim dirigeret quæ eos suscipere possit. Longinus tali nuntio lętus effectus, Longinus præfectus

festinanter nauim direxit. In qua Helmichis cum Rosemunda sua iam coniuge no

als Albisindā. ctu fugientes ingressi sunt: auferentesq; secum Alsuindam regis filiam: & omnem Langobardorum thesaurū velocius Rauennā peruenerunt. Tunc Longinus praefectus suadere cępit Rosemundae vt Helmichis interficeret: & eius se nuptijs copularet. Illa vt erat ad omnē nequitiam facilis, dum optat Rauennatiū domina fieri, ad tantum perpetrandum facinus assensum dedit: atq; dum Helmichis se in balneo ablueret, egredięti ei de lauacro veneni poculum quod saluti esse asseuerabat, ꝓpinauit. Ille vbi sensit se mortis poculum bibisse/ Rosemūdam euaginato super eam gladio, quod reliquū erat/ bibere coegit. Sicq; dei omnipotentis iudicio interfectores nequissimi vno momento perierunt. Caput. XXX.

Alsuinda. als Albisinda

His ita peremptis, Longinus praefectus Alsuindam cum Langobardorū thesauris Constantinopolim ad Imperatorē direxit. Affirmāt aliqui etiam Pere-

als Helmigiso deum pariter cum Helmichis & Rosemunda Rauennam venisse: atq; exinde cum Alsuinda Constantinopolim directum esse: ibiq; in spectaculo populi coram Imperatore leonem mirae magnitudinis occidisse. Cui (vt ferunt) ne quid malignū in regia vrbe, quia vir fortis erat/ moliret, iussu Imperatoris oculi euulsi sunt. Qui sibi post aliquod tempus duos cultellos aptauit, quibus in vtrisq; suis manicis absconsis palatium petijt: atq; se quaedam ad Augusti vtilitatē si ad eum intromitteretur locuturū ꝓmisit. Ad quē Augustus duos sibi familiares (qui eius verba susciperent) patricios misit. Qui cum ad Peredeum venissent, ille ad eos quasi aliqd eis secretius dicturus/ ꝓpius accessit: atq; ambos vtraq; manu gladijs quos absconsos habebat/ fortiter vulnerauit: ita/ vt statim in terram corruerent & expirarēt: sic Samsonis illius fortissimi ex aliqua parte nō absimilis suas iniurias vltus est: & ꝓ amissione duorū luminū/ duos Impatori viros vtilissimos interemit. C. XXXI.

Cleph. Langobardi vero apud Italiam omnes communi cōsilio Cleph nobilissimum de suis virū in vrbe Ticinensium sibi regem statuerunt. Hic multos Romanorum viros potētes alios gladio extinxit, alios ab Italia exturbauit. Iste cum annum

Messona vnum & sex menses cum Messona sua cōiuge regnum obtinuisset, a puero de suo obsequio iugulatus est. Caput. XXXII.

Laban Post cuius mortem Langobardi per annos decem regem nō habentes sub ducibus fuerunt. Vnusquisq; enim ducum suam ciuitatem obtinebat. Laban Ti-

Vuaillari als Vualdhari Alachis. Euin cinum: Vuaillari Bergamum: Alachis Brixiam: Euin Tridentum: Gisulfus Forūiulij. Sed & alij extra hos in suis vrbibus triginta duces fuerunt His diebus multi nobilium Romanorum ob cupiditatem interfecti sunt: reliqui vero per hostes diuisi, vt tertiam partem suarum frugum Langobardis persoluerent, tributarij efficiuntur. Per hos Langobardorum duces septimo anno ab aduentu Albuuin, & totius gentis spoliatis ecclesijs, sacerdotibus interfectis, ciuitatibus subrutis, populisq; qui more segetum excreuerant extinctis: exceptis his regionibus quas Albuuin cęperat, Italia ex maxima parte capta, & a Langobardis subiugata est.

Finit Liber secundus.

PAVLI VVARNEFRID LANGOBARDI FILII DIACONI FOROIVLIENSIS HISTORIAE LANGOBARDICAE LIBER TERTIVS.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI TERTII. Caput. I.



INCIPIT LIBRI TERTII CAPVT PRIMVM.



Hospitius Nicea

IGitur aliquanti ex ducibus Langobardorũ cum valido exercitu Gallias ingrediunt. Horum aduentũ vir dei Hospiti⁹ qui apud Niceam erat inclusus, sancto sibi reuelãte spiritu, longe ante preuidit: eiusdemq; vrbis ciuibus, quæ mala imminerent, prædixit. Erat enim vir iste magnæ abstinentiæ, & probabilis vitæ. Qui constrictus ad carnẽ catenis ferreis, induto desup cilitio, solo pane in cibo cum paucis dactylis vtebat. In diebus aũt quadragesimæ radicibus herbarum ægyptiarũ quibus heremitę vtunt, exhibẽtibus sibi negotiatoribus alebat. Per hunc dominus magnas virtutes operari dignatus est: quæ scriptę habent in libris venerabilis viri Gregorij Turonensis episcopi. Igit vir iste sanctus aduẽtum Langobardorũ in Gallias hoc mõ pdixit. Veniẽt inqt, Langobardi in Gallias, & deuastabunt ciuitates septẽ: eo q increuerit malitia eorũ in conspectu domini. Est enim omis populus periurijs deditus: furtis obnoxius: rapinis intẽtus: homicidijs pmptus: in quibus nullus est iusticię fructus. Non decimæ dant: nõ pauper alit: non tegit nudus: non suscipit hospitio peregrinus: ideo hæc plaga ventura est sup populum istũ. Monachis quoq; suis pręcipiens dixit. Abscedite & vos a loco isto auferentes vobiscũ quæ habetis: ecce enim gens appropiat quã prędixi. Dicẽtibus aũt illis, non relinquemus te sanctissime pater: ait. Nolite timere pro me: futurũ est enim vt inferant mihi iniurias, sed nõ nocebunt vsq; ad mortẽ. Caput. II.

DIscedẽtibus aũt monachis, aduenit exercitus Langobardorũ: qui dum cuncta quæ reppererat vastaret, ad locũ vbi vir sanctus inclusus erat/peruenit. At ille per fenestram turris se eis ostendit. Illi vero circumeuntes turrim, dum aditũ quęrerent per quem ad eũ ingredi possent, & minime inuenirent, duo ex eis ascẽdentes, tectum discooperuerũt illud: & videntes eũ cinctum catenis, indutũq; cilicio, dicunt. Hic malefactor est, & homicidiũ fecit: ideo in his ligaminibus vinctus te-

netur. Vocatūq; interpretē sciscitanť ab eo q̄d mali fecerit, vt tali supplicio artareť. S.Hospitius
At ille fateť se homicidam esse: oīmq; criminū reū. Tūc vnus extracto gladio vt caput eius amputaret, mox ei⁹ dextra in ipso ictu suspēsa diriguit: nec eā ad se potuit reuocare: qui relictum gladiū terræ deiecit. Hęc videntes socij eius/ clamorē in cœlo dederūt: flagitātes a sancto vt quid eis agendū esset/ clemēter insinuaret. Ipse vero imposito salutis signo/ arens brachiū sanitati restituit. Langobardus aūt qui sanatus fuerat/ ad fidē Christi cōuersus: statim clericus, deinde monachus effect⁹ est: atq; in eodē loco vsq; ad finē vitæ suę in dei seruitio permāsit. Beatus vero Hospitius dū Langobardis dei verbū loquereť, duo duces q eū venerabiliter audierūt, incolumes patriæ redditi sunt. Quidam vero qui eius verba despexerāt, in ipsa ꝓuincia miserabiliter perierunt. Caput. III.

IGiť deuastantibus Langobardis Gallias, Amatus Patricius ꝓuincię Alamānicę qui Gundrāno regi Francorū parebat/ contra eos exercitū duxit: cōmissoq; bello/ Amatus terga vertit, ibiq; extinctus est. Tantāq; tūc stragē Lāgobardi de Frācis fecere/ vt nō possit colligi numerus occisorū: ditatiq; inestimabili p̄da/ ad Itali-

QVibus discedētibus/ Ennius q & Mummu- (am reuertunť. Ca.IIII. Ennius Mūmulus
lus accersitus a rege patriciatus honorē meruit. Irruentibus aūt iterum Langobardis in Gallias, & vsq; Musciā Scalmes accedentibus, qui locus Ebredunēsi ad- Muscia
iacet ciuitati: Mummulus exercitū mouit, & cū Burgundionibus illuc ꝓficiscit: cir- Scalma Ebredunum. Burgundion
cundatisq; Langobardis cū exercitu, factis etiā concisis per deuia siluarū, irruit super eos: multosq; ex eis interfecit: nōnullos vero cœpit, & regi suo Gundranno dir:exit. Langobardi q̄q; his patratis/ ad Italiā sunt regressi. Caput. V. Guntrannus

POst hæc Saxones q cū Langobardis in Italiā venerāt/ in Gallias irrūpūt, & intra territoriū Regense, id est apud Stalbonē villā castra cōstituūt: discurrētes ꝑ villas vrbiū vicinarū: diripiētes prędas: captiuos abducētes: vel etiā cuncta vastātes. Saxones als Stablonē
Quod cū Mummulus cōperisset, super eos cū exercitu irruit: multosq; ex eis interfecit: ac donec nox finē faceret/ a cæde nō cessauit. Ignaros enim reppererat hoīes: & nihil de his quę acciderāt autumātes. Mane aūt facto/ statuūt Saxones exercitū: pręparātes se fortiter ad bellū: sed intracurrētibus nūcijs/ pacē fecerūt. Datisq; muneribus Mūmulo, relictis captiuis/ & vniuersa præda ad Italiā reuertunť. C.VI.

IGiť regressi Saxones in Italiā, assumptis secū vxoribus atq; paruulis suis, vel omni suppellectili/ rursum ad Gallias deliberāt redire: scilicet vt a Sigiberto rege suscepti, eius possint adiutorio ad patriā remeare. Certū est aūt hos Saxones ideo ad Italiā cū vxoribus & paruulis aduenisse/ vt in ea habitare deberent: sed quantū dať intelligi, noluerūt Langobardorū imperijs subiacere: sed neq; eis a Langobardis ꝓmissum est in ꝓprio iure subsistere: ideoq; ęstimanť ad suā patriā repedasse. Hi Gallias ingressuri/ duos ex se cuneos faciūt: & vnus q̄dem cuneus per Niceā vrbē alter vero per Ebredunū ingressus est: illa reuertens via quā anno superiore tenuerunt. Hi quia tempus messiū erat, colligētes ac triturātes, frumenta comedebant: ac suis animātibus ad esum prębebant: deprędabanť pecora: sed nec ab incēdijs abstinebant. Qui cū ad Rhodanū amnē peruenissent, vt trāsmeato eo regno se Sigiberti conferrēt: occurrit eis Mummulus cū valida multitudine. Tunc illi viso eo/ valde timentes, datis ꝓ redēptione sua multis auri nūmismatibus, Rhodanū transire

Sigibertus rex — Nicea Ebredunum als tenuerat — Rhodanus; Mūmulus.

permissi sunt. Qui dum ad Sigibertū pergunt regē, multos in itinere negociatiōe sua decipiunt: venūdantes regulas ęris: quæ ita (nescio quomodo) erant coloratæ vt auri ꝓbati atq; examinati speciē simularēt. Vnde nōnulli hoc dolo seducti dantes aurū, & ęs accipientes, pauperes effecti sunt. Peruenientes tñ ad regem Sigibertum, ad locū vnde prius egressi fuerant/ redire permissi sunt.

Caput. VII.

Sueui

QVi dum ad suā patriā venissent, inuenerunt eā a Sueuis & aliis gētibus (sicut supra cōmemorauimus) retineri. Contra quos insurgētes conati sunt eos destruere ac delere. At illi obtulerūt eis tertiā partē regionis/ dicētes. Simul possum⁹ viuere: & sine collisione cōmuniter habitare. Cūq; illi nullo modo acquiescerent, dehinc obtulerunt eis medietatē. Post hæc duas partes, sibi tñ tertiam partē reseruantes. Nolētibus aūt illis/ obtulerūt cū terra etiā omnia pecora, tñ vt a bello cessarent. Sed nec hoc Saxones acquiescētes, certamen expetunt: atq; intra se ante certamen qualiter vxores Sueuorū diuiderēt/ statuūt: sed nec eis vt putabāt euenit. Nā cōmisso prælio viginti milia ex eis interēpta sunt. Sueuorū vero quadringēti octoginta ceciderūt: reliqui vero victoriā capiūt. Sex milia quoq; Saxonū qui bello superfuerāt deuouerūt se neq; barbā, neq; capillos incisuros, nisi se de Sueuis hostibus vlciscerent. Qui iterū pugnā aggrediētes, vehemēter contriti sunt: & sic a bello quieuerunt.

Caput. VIII.

Amo / Laban al's Zaban / Rhodanus / Macho / Diensis / Valentia / Gratianopol. / Arelatum / Massilia / Aquinenses

POst hæc tres Langobardorū duces: id est Amo, Laban ac Rhodanus Gallias irruperunt: & Amo qdem Ebredunēsem carpens viā vsq; Macho villam: quā Mummulus munere regis meruerat/ accessit: ibiq; tentoria fixit. Laban vero ꝑ Diensem descendens vrbē/ vsq; Valentiā venit. Rhodanus aūt Gratianopolim ciuitatem adgressus est. Et Amo qdem Arelatensem debellauit ꝓuinciā cū vrbibus quę circūsitæ sunt: & vsq; ad ipsum lapideum campū, qui adiacet vrbi Massiliensi accedens: vniuersa quæ repperire poterat/ depopulatus est. Aquinensibus aūt obsidionem parans, viginti duabus libris argēti acceptis, ab eodem loco discessit. Rhodanus q̄q; & Laban pari modo incendiis & rapinis loca ad quę accesserant/ demoliti sunt. Quæ cū Mummulo patricio perlata fuissent, cū valida manu veniens/ primum cū Rhodano qui Gratianopolim debellabat/ conflixit: & multos de eius exercitu peremit: ipsumq; Rhodanū lancea vulneratū ad montiū excelsa fugere cōpulit: qui cū quingentis viris qui ei remanserant per deuia siluarū ꝓrumpens, ad Laban qui tunc vrbem Valentiā obsidebat/ peruenit: eiq; oīa quæ acta fuerūt nunciauit. Qui pariter dū ad Ebredunensem vrbē omnia deprædantes venissent, ibi eis Mummulus cum innumero exercitu occurrit: cōmissoq; prælio eos deuicit. Tunc Laban & Rhodanus Italiā repetentes, Secusiam deuenere: quam vrbem Sisinnius *[Sisinnius]* tunc magister militū a parte retinebat Imperatoris: ad quē puer Mummuli aduenieniens, literas ei a Mummulo directas porrexit: eūq; citius aduētare dixit. Quo cōperto Laban & Rhodanus, exinde mox ad ꝓpria discesserunt. His auditis, Amo collecta omni præda Italiam rediturus proficiscitur: sed resistētibus niuibus, prędam ex magna parte relinquens, vix cū suis alpinum tramitem erumpere poterat: & sic ad patriam peruenit.

Caput. IX.

Anagnis

HIs diebus aduenientibus Francis, Anagnis castrum quod super Tridentū in confinio Italiæ positū est, se eisdem tradidit. Quam ob causam comes Lango

bardorum de Lagare Ragilo nomine Anagnis veniẽs deprædatus eſt. Qui dum cũ pręda reuerteret̃, in campo Rotaliano ab obuio ſibi duce Francorũ Crannichis cũ pluribus e ſuis peremptus eſt. Qui Crannichis nõ multũ poſt tempus Tridentum veniens/ deuaſtabat. Quẽ ſubſequens Euin Tridentinus dux/ in loco qui Salurnis dicit̃, ſuis cum ſocijs interfecit: prędamq; omnem quam cęperat excuſſit: expulſiſq; Francis/ Tridentinum territoriũ recepit. Caput. X.

Comes de [La]gare Ragilo
Rotalianus campus
Chrannichi[s]
Euin dux
Salurnis

HOc tempore Sigibertus rex Frãcorum occiſus, fraude Hilperici Germani ſui, cum quo bellum inierat: regnũq; eius Childepertus eiuſdem filius adhuc puerulus cum Brunihilde matre regendum ſuſcepit. Euin quoq; dux Tridentinorũ de quo præmiſimus, accepit vxorẽ filiã Garibaldi Baioariorũ regis. Ca. XI.

Sigibertus r[ex]
Hilpericus
Childepert[us]
Brunihildis
al's Garifal dus rex Bai[oa]riorũ

PEr hæc tempora apud Conſtantinopolim (vt ſupra præmiſſum eſt) Iuſtinus minor regnabat: vir omni auariciæ deditus: contẽptor pauperũ: ſenatorũ ſpoliator: cui tanta fuit cupiditatis rabies/ vt arcas iuberet ferreas fieri, in quib⁹ ea quę rapiebat auri talenta congereret: quẽ etiam ferunt in hęreſim Pelagianã dilapſum. Hic cũ a diuinis mandatis aurẽ cordis auerteret, iuſto dei iudicio amiſſo rationis intellectu/ amens effectus eſt. Hic Tyberiũ Cęſarẽ aſciuit, qui eius palatiũ/ vel ſingulas ꝓuincias gubernaret: hominẽ iuſtum, vtilem, ſtrennuũ, ſapientem, elemoſynarium: in iudicijs ęquũ, in victorijs clarũ: & quod his omnibus ſupereminet, veriſſimũ chriſtianũ. Hic cũ multa de theſauris quos Iuſtinus aggregauerat pauperibus erogaret, Sophia Auguſta frequẽtius eũ increpabat ꝙ rempublicã redegiſſet in paupertatẽ/ dicens. Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucũ tempus prodigę diſpergis: aiebat aũt ille. Cõfido in domino: quia nõ deerit pecunia fiſco noſtro tantũ vt pauperes elemoſynas accipiant, aut captiui redimant̃. Hoc eſt enim magnus theſaurus/ dicẽte domino. Theſaurizate vobis theſauros in cœlo: vbi neq; erugo, neq; tinea corrumpit: & vbi fures nõ effodiunt, nec furant̃. Ergo de his quæ dominus tribuit/ congregemus theſauros in cœlo: & dominus nobis augere dignabit̃ in ſæculo. Igitur Iuſtinus cũ vndecim annis regnaſſet, amentiã quam incurrerat, tandem cum vita finiuit. Bella ſane quæ per Narſetem patricium Gothis vel Francis illata, ſicut ſuperius per anticipationẽ diximus, huius temporibus geſta ſunt. Deniq; & cũ Roma temporibus Benedicti papæ vaſtantibus oĩa per circuitum Langobardis famis penuria laboraret, multa milia frumenti nauibus ab ęgypto dirigens, eã ſuæ ſtudio miſericordiæ releuauit. Caput. XII.

Iuſtinus iu[ni]or
Tyberius C[eſar]
Sophia Auguſta.
al's hic
Narſes

MOrtuo igitur Iuſtino/ Tyberius Conſtantinus Romanorũ regũ quinquageſimus ſumpſit imperiũ. Hic cũ (vt ſuperius diximus) ſub Iuſtino adhuc Cęſare palatiũ regeret, & multas quottidie elemoſynas faceret, magnã ei dominus auri copiã ſubminiſtrauit. Nam deambulans per palatiũ/ vidit in pauimẽto domus tabulam marmoreã: in qua erat crux dominica ſculpta, & ait. Crucẽ domini frontem noſtram & pectora munire debemus: & ecce eam ſub pedibus conculcamus. Et dicto citius iuſſit eandem tabulam auferri: defoſſaq; tabula atq; erecta/ inueniunt ſubter & aliam hoc ſignum habentẽ: qui & ipſam iuſſit auferri. Qua amota, reperiunt & tertiam: iuſſuq; eius cum & hæc fuiſſet ablata, inueniunt magnum theſaurũ habentẽ ſupra mille auri centenaria, ſublatũq; aurũ pauperibus adhuc abundantius ꝗ̃ conſueuerat/ largit̃. Narſis quoq; patricius Italiæ cũ in quadam ciuitate

Tyberius Co[n]ſtantinus

intra Italiã domus magnas haberet, cũ multis thesauris ad supra memoratã vrbem aduenit: ibiq; in domo sua occulte cisternam magnã fodit: in qua multa milia centenariorũ auri/argentiq; reposuit: interfectisq; omnibus conscijs, vni tantũmodo seni hęc per iuramentũ ab eo exigens/cõmendauit. Defuncto vero Narsete, supra dictus senex ad Cęsarẽ Tyberiũ veniens/dixit. Si inquit mihi aliqd ꝓdest, magnã rem tibi Cęsar dicam. Cui ille, dic ait quid vis: ꝓderit enim tibi si quid nobis ꝓfuturũ esse narraueris. Thesaurũ inquit Narsis recõditũ habeo: quod in extremo vitæ positus celare nõ possum. Tunc Cęsar Tyberius gauisus/ mittit vsq; ad locum pueros suos: recedente vero sene, hi sequunt̃ attoniti: peruenĩtesq; ad cisternã, de opertamq; ingrediunt̃. In qua tantũ auri vel argenti repertũ est/vt per multos dies vix a deportãtibus potuisset euacuari. Quę ille pene omnia scd'm suũ morẽ erogatione largiflua dispensauit egenis. Hic cum Augustalem coronã accepturus esset eumq; iuxta consuetudinẽ ad spectaculum circi populus expectaret, insidias ei pręparans vt Iustinianũ Iustini nepotẽ ad dignitatem imperatoriã sublimaret: ille per loca sancta ꝓpius procedens: dehinc vocatũ ad se pontificẽ vrbis cum consulibus ac præfectis palatiũ ingressus: indutus purpura: diademate coronatus: throno Imperiali impositus cũ immẽsis laudibus, in regni gloria est cõfirmatus. Quod eius aduersarij audientes, nihilq; ei qui in deo spem suã posuerat officere valentes, magno sunt cõfusionis pudore cooperti. Transactis aũt paucis diebus/adueniens Iustinianus, pedibus se ꝓiecit Imperatoris, ob meritũ gratiæ quindecim ei auri centenaria deferens. Quẽ ille scd'm patientiæ suę ritũ colligens, sibi in palatio assistere iussit. Sophia vero Augusta immemor ꝓmissionis quã quondam in Tyberiũ habuerat/insidias ei tẽptauit ingerere. Procedẽte aũt eo ad villam vt iuxta ritũ Imperialem triginta diebus ad vindemiã iocundaret̃, vocato clam Iustiniano/ voluit eũ sublimare in regno. Quo cõpto Tyberius cursu veloci Constantinopolim regreditur: appręhensamq; Augustã omnibus thesauris spoliauit: solum ei victus quottidiani alimentũ relinquens: segregatisq; pueris ab ea, alios de fidelibus suis posuit q ei parerent: mandans ꝓrsus vt nullus de anterioribus ad eã haberet accessum. Iustinianũ vero verbis solummodo obiurgatũ tanto in posterũ amore dilexit, vt filio eius filiã suã ꝓmitteret: rursumq; filio suo filiã ei⁹ expeteret. Sed hęc res, quã ob causam nescio, ad effectum minime ꝑuenit. Huius exercit⁹ ab eo directus, Persas potissime debellauit, victorq; regrediens: tantãq; molẽ prędę cũ viginti pariter elephantis detulit/ vt vix humanę crederet̃ posse sufficere cupiditati. C. XIII.

AD hunc Hilpericus Francorũ rex suos legatos dirigens, multa ab eo ornamẽta, aureos etiã singularũ librarũ suscepit: habentes ab vna parte effigiẽ Imperatoris: & scriptũ in circulo Tyberij Constãtini perpetui Augusti: ab alia vero parte habentes quadrigã & ascensorẽ: continẽtesq; scriptũ, gloria Romanorũ. Huius in diebus beatus Gregorius, diaconus, q post papa extitit, cũ esset apocrisarius apud eandem regiã vrbem morales libros cõposuit: Euthiciũq; eiusdem vrbis episcopũ de resurrectione errantẽ in cõspectu eiusdẽ Augusti supauit. Hac etiã tẽpestate Faroald primus Spoletanorũ dux cũ Langobardorũ exercitu classem inuadens, opulentã vrbẽ spoliatã cunctis diuitijs nudã reliqt. Mortuo vero apud Aquileiã patriarcha Probino, q ecclesiã vno rexerat anno, eidem ecclesiæ sacerdos Helias pręficit̃.

Caput. XIIII.

quod
Narsetis
[I]ustinianus [Iu]stini nepos. [...]s prius.
Gregorius papa
Euthicius
Faroald
Helias

TYberius igiť Constantinus postq̃ imperium septẽ rexerat annis, sentiens sibi diem mortis imminere: vna cũ consilio Sophiæ Augustæ Mauriciũ genere Cappadocẽ virum strenuũ ad imperiũ elegit:ornatãq̃ suam filiã regalibus ornamentis/ei eã tradidit: dicens, Sit tibi imperiũ meum cũ hac puella concessum: vtere eo fœlix: memor semper vt ęquitate & iusticia delecteris. Hęc postq̃ dixit, de hac luce ad ęternã patriã migrauit: magnũ luctum populis de sua morte relinquẽs. Fuit.n. summæ bonitatis: in elemosynis ꝓmptus: in iudicijs iustus: in iudicãdo cautissimus: nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate cõplectẽs: omnes diligẽs ipse quoq̃ est dilectus a cunctis. Quo defuncto/Mauricius indutus purpura, redimitus diademate, ad circũ ꝓcessit: acclamatisq̃ sibi laudibus largita populo munera primus ex Græcorum genere in imperio confirmatus est. Caput. XV.

Tyberius Cõstantinus. Sophia Aug. Mauricius Cæs.

AT vero Langobardi cũ per annos decẽ sub potestate ducũ fuissent, tandẽ cõi consilio Authari Clephonis filiũ supra memorati principis regẽ sibi statuere: quẽ etiam ob dignitatẽ Flauiũ appellarunt: quo prænoĩe oẽs q postea fuerũt Langobardorũ reges/fœliciter vsi sunt. Huius in dieb⁹ ob restaurationẽ regni, duces q tunc erant/omnẽ substantiarũ suarũ medietatẽ regalibus vsibus tribuunt: vt esse possit vnde rex ipse, siue q ei adhærerẽt/eiusq̃ obsequijs per diuersa officia dediti alerenť: populi tñ aggrauati p Langobardos hospites partiunť. Erat sane hoc mirabile in regno Langobardorum: nulla erat violentia: nullæ struebanť insidiæ: nemo aliquem iniuste angariabat: nemo spoliabat: non erant furta: non latrocinia: vnusquisq̃ quo libebat/securus sine timore pergebat. Caput. XVI.

Authari Clepho Flauius.

HOc tpe Mauricius Imperator Childeperto regi Francorũ q̃nquaginta milia solidos p legatos suos ob hoc direxit, vt cũ exercitu sup Langobardos irrueret: eosq̃ de Italia exterminaret. Qui cũ innumera Francorũ multitudine in Italiam subito introiuit. Langobardi vero in ciuitatibus se cõmunientes, intra currentibus legatis, oblatisq̃ muneribus/pacem cũ Childeperto fecere. Qui cũ ad Gallias remeasset, cognito Imperator Mauricius, qa cũ Langobardis fœdus inierit, solidos quos ei ob Langobardorũ detrimenta dederat/repetere cępit. Sed ille suarũ virium potentia fretus, ꝓ hac re nec responsum reddere voluit. Caput. XVII.

Childepertus rex Francorũ.

HIs ita gestis/Authari rex Brexillũ ciuitatẽ sup Padi marginẽ positã expugnare aggressus est: in qua Droctulf dux a Langobardis cõfugerat: seq̃ partib⁹ Imperatoris tradens, sotiatus militibus, Langobardorũ exercitui fortiter resistebat. Iste ex Sueuorũ, hoc est Alamannorũ gente oriundus, inter Langobardos creuerat: & quia erat forma idoneus, ducatus honorẽ emeruerat. Sed cũ occasionẽ vlciscendę suæ captiuitatis repperit, contra Langobardorũ ilico arma surrexit. Aduersus quẽ Langobardi grauia bella gesserũt: Tandẽq̃ eũ cũ militibus quos iuuabat exuperantes, Rauennã cedere cõpulerũt. Brexillum captũ est: muri q̃q̃ eius solum adusq̃ destructi sunt. Post hæc Authari rex cũ Smaragdo patricio, q tunc Rauennę præerat, vsq̃ in annũ tertiũ pacem fecit. Caput. XVIII.

Brexillum. Droctulf. Sueui Alamanni. Smaragdus.

HVius sane Droctulf, de quo præmisimus amminiculo sæpe Rauennatiũ milites aduersum Langobardos dimicarunt: extructaq̃ classe, Langobardos qui classe vrbẽ tenebant, hoc adiuuante pepulerũt. Cui cũ vitæ explesset terminũ, honorabile sepulchrũ ante limina beati Vitalis martyris tribuentes, tali eius laudes epitaphio extulerunt.

s Druƈtolf.

s Sueuus

s facie

s gentis

CLauditur hoc tumulo/ tm̄ ſed corpore Doƈtulf,
Nam meritis toto viuit in orbe ſuis.
Cum Bardis fuit ipſe quidem, nam gente Suauus:
Omnibus & populis/inde ſuauis erat.
Terribilis viſu facies/ſed mente benignus:
Longaqꝫ robuſto/peƈtore barba fuit.
Hic & amans ſemper Romana ac publica ſigna,
Vaſtator genti/adfuit ipſe ſuæ.
Contempſit charos/dum nos amat ille parentes,
Hanc patriam reputans/eſſe Rauenna ſuam.
Huius prima fuit/Brexilli gloria capti:
Quo reſidens cunƈtis/hoſtibus horror erat.
Qui Romana potens/valuit poſt ſigna iuuare:
Vexillum primum/Chriſtus habere dedit.
Vnde etiam retinet/dum claſſem fraude Faroldus,
Vindicet vt claſſem claſſibus/arma parat.
Puppibus exiguis/decertās amne Badrino:
Bardorum innumeras/vicit & ipſe manus.
Rurſus & in terris auarē ſuperauit Eois/
Conquirens dominis maxima palma ſuis.
Martyris auxilio Vitalis fultus/ad iſtos
Peruenit viƈtor: ſæpe triumphat ouans.
Cuius & in templis/petijt ſua membra iacere,
Hæc loca poſt mortem/buſtis habere iuuat.
Ipſe ſacerdotem moriens/petat iſte Ioannem:
His redijt terris, cuius amore pio.

Caput. XIX.

Benediƈtus papa
Pelagius papa

DEnicqꝫ poſt Benediƈtum papā Pelagius Romanę eccleſię pontifex abſqꝫ iuſſione principis ordinatus eſt: eo ꝙ Langobardi Romā per circuitū obſiderēt: nec poſſet quiſquā a Roma ꝓgredi. Hic Pelagius Heliæ Aquileiēſi epiſcopo nolenti tria capitula Calcedonenſis ſynodi ſuſcipere, epiſtolam ſatis vtilem miſit: quā beatus Gregorius cum eſſet adhuc diaconus/conſcripſit. Caput. XX.

Childepertus rex
Ingundis
Herminigildus
Leuigildus
Leander epiſcopus

INterea Childepertus rex Francorū bellum aduerſum Hiſpanos gerēs, eoſdem acie ſuperauit. Cauſa aūt huius certaminis iſta fuit. Childepertus rex Ingundem ſororē ſuam Herminigildo Leuigildi Hiſpanorū regis filio in coniugiū tradiderat: qui Herminigildus prædicatione Leandri epiſcopi Hiſpalenſis, atqꝫ adhortatione ſuæ cōiugis ab Arriana hęreſi qua pater ſu⁹ languebat, ad catholicā fidē conuerſus fuerat: quē pater impius in ipſo ſacrato paſcali die ſecuri percuſſum interemerat. Ingundis vero poſt mariti & martyris funus de Hiſpanis fugiēs, dū Gallias repedare vellet, in manus militū incidens, q in limite aduerſum Hiſpanos Gothoſqꝫ reſidebāt cū puo filio capta, atqꝫ ī Siciliā duƈta eſt: ibiqꝫ diē clauſit extremū. Filius vero eius impatori Mauricio Conſtātinopolim eſt trāſmiſſus. Cap. XXI.

RVrsum Mauricius Augustus legatos ad Childepertũ mittens: eũ vt cõtra Langobardos in Italiã exercitũ dirigeret/persuasit. Childept⁹ existimãs suã adhuc Germanã apud Constantinopolim viuere, legatis Mauricij acquiescẽs, vt suã possit sororẽ recipere. Iterũ aduersum Langobardos Francorũ exercitum ad Italiã direxit. Contra q̃s dum Langobardorũ acies ꝓperarent, Franci & Alamanni dissenſionẽ intra se habentes, sine vllius lucri cõq̃sitiõe ad patriã sunt reuersi. Ca. XXII.

Mauricius Cæsar.

EO tempore fuit aquæ diluuiũ in finibus Venetiarũ & Liguriæ, seu cæteris regionibus Italiæ, quale post Noe tempora creditur non fuisse. Factæ sunt lauinę possessionũ seu villarum, hominumq́ꝫ/pariter & animantium magnus interitus. Destructa sunt itinera: dissipatæ vię. Tantumq́ꝫ tunc Athesis fluuius excreuit, vt circa basilicam beati Zenonis martyris, quæ extra Veronensis vrbis muros sita est, vsq́ꝫ ad superiores fenestras aqua pertingeret. Licet sicut & beatus Gregorius post papa scripsit, in eandem basilicã aqua minime introierit. Vrbis quoq́ꝫ eiusdẽ Veronensis muri ex parte aliqua eadem sunt inundatione subruti. Facta est autem hæc inundatio sedecimo Kalendas Nouẽbris: sed & tantæ choruscationes & tonitrua fuerunt, quantæ fieri vix ęstiuo tempore solent. Post duos quoq́ꝫ menses eadem vrbs Veronensiũ magna ex parte incẽdio concremata est. In hac diluuij effusione in tantũ apud vrbem Romam fluuius Tyberis excreuit, vt aquæ eius super muros vrbis influerent: & maximas in ea regiones occuparent. Tunc per alueum eiusdem fluminis cum multa serpentiũ multitudine draco etiam miræ magnitudinis per vrbem transiens, vsq́ꝫ ad mare descendit. Subsecuta est statim hanc inundationẽ grauissima pestilentia, quam inguinariã appellant: quæ tantã strage populũ deuastauit/vt de inestimabili multitudine vix pauci remanerent. Primũq́ꝫ Pelagium papam virum venerabilem perculit: & sine mora extinxit. Deinde pastore interempto/sese per populos extendit. Caput. XXIII.

IN hac tanta tribulatione beatissimus Gregorius qui tunc leuita erat, a cunctis generaliter papa electus est. Qui dum septiformem letaniam ordinasset, intra vnius horæ spatium dum hi deum deprecarent, octoginta ex eis subito ad terrã corruentes/spiritũ exalarunt. Septiformis autem letania ideo dicta est: quia omnis vrbis populus a beato Gregorio in septem partibus deprecaturus dominũ est diuisus. In primo namq́ꝫ choro fuit omnis clerus. In secundo omnes abbates cum monachis suis. In tertio omnes abbatissę cũ congregatiõibus suis. In quarto oẽs infantes. In q̃nto oẽs laici. In sexto vniuersæ viduę. In septimo oẽs mulieres coniugatæ. Ideo aũt de. b. Gregorio plura dicere omittimus: q̃a iã ante aliquot annos ei⁹ vitã deo auxiliãte texuim⁹: in qua q̃ dicẽda fuerũt iuxta tenuitatis nostrę vires vniuersa (descripsimus. Cap. XXIIII.

Gregorius papa

HOc tpe idem beatus Gregorius Augustinum & Mellitũ, & Ioannẽ cũ alijs pluribus monachis timẽtibus deũ in Britaniam misit: eorũq́ꝫ prædicatione ad Christum Anglos cõuertit. Cap. XXV.

Augustinus Mellitus, Ioannes

HIs diebus defuncto Helia Aquileiensi patriarcha, postq́ꝫ quindecim annos sacerdotium gesserat, Seuerus huic succedens, regendam suscepit ecclesiã. Quem Smaragdus patricius veniens de Rauẽna in gradus per semetipm̃ e basilica extrahens, Rauennã cũ iniuria duxit cũ alijs tribus ex Histria epis. i. Ioanne Parentino, & Seuero atq́ꝫ Vindemio: necnõ etiã Antonio iã sene ecclesiæ defensore. Quibus

Seuerus patriarcha

comminans exilia, atq; violentiã inferens/cõmunicare compulit. Ioanni Rauennati episcopo trium capitulorũ damnatori: quia tpe papæ Vigilij vel Pelagij a Romanæ ecclesiæ desciuerat potestate. Exẽpto vero anno e Rauenna ad gradus reuersi sunt: quibus nec plebs cõmunicare voluit: nec cæteri episcopi eos receperũt. Smaragdus patricius a demonio non iniuste correptus, successorẽ Romanũ patriciũ accipiens, Constãtinopolim remeauit. Post hæc facta est synodus decem episcoporũ in Mariano: vbi receperunt Seuerũ patriarchã Aquileiensem dantẽ libellum erroris sui: quia trium capitulorũ damnatoribus cõmunicauerat. Nomina vero episcoporum qui se ab hoc scismate cohibuerunt/hęc sunt. Petrus de Altino: clarissimus Ingenuinus de Sabione: Agnellus Tridentinus: Iunior Veronensis: Herẽtius Vicentinus: Rusticus de Taruisio: Fonteius Feltrinus: Agnellus de Acilio: Laurentius Bellunensis: Maxentius Iuliensis: & Hadrianus Polensis. Cũ patriarcha aũt cõmunicauerũt isti episcopi: Seuer⁹ Parẽtinus: Ioannes Patricius: Vindemius & Ioãnes.

Romanus Patricius

als Fronteius

Caput. XXVI.

HAc tẽpestate rex Authari ad Histriã exercitũ misit: cui exercitui Euin dux Tridentinus præfuit: qui post prædas & incendia/facta pace in annum vnũ magnam pecuniã regi detulerũt. Alij q̃q; Langobardi in insula Amarina Francionẽ magistrum militũ, qui adhuc de Narsetis parte fuerat: & iam se per viginti annos continuerat/obsidebant. Qui Francio post sex menses obsidionis suæ Langobardis eandem insulã tradidit: ipse vero vt optauerat, dimissus a rege cũ sua vxore & suppellectili Rauennam ꝑperauit. Inuẽtę sunt in eadem insula diuitię multæ: quæ ibi de singulis fuerunt ciuitatibus commendatæ.

als Comacina

Francio

Caput. XXVII.

AT vero Flauius rex Authari legatos ad Childepertũ misit, petens eius Germanam suo matrimonio sotiari. Cumq; Childepertus acceptis muneribus a Langobardorũ legatis suã Germanam eorũ regi se daturũ ꝓmisisset: aduenientibus tamen Gothorũ de Hispania legatis, eandem suã Germanã eo ꝗ gentẽ illam ad fidem catholicã conuersam fuisse cognouerat, ꝓmisit.

Caput. XXVIII.

INtra hæc legationẽ Imperator Mauricius direxit ad Childepertũ, mandans ei vt quod prius nõ fecerat/nunc contra Langobardorũ gentem bellũ susciperet: atq; cũ eius consilio eos ab Italia remoueret. Qui nihil moratus, exercitũ suum ad Langobardorũ debellationẽ in Italiã direxit. Cui Authari rex, & Langobardorũ acies, non segniter obuiã pergunt: proq; libertatis statu, fortiter confligunt. In ea pugna Langobardi victoriã capiunt. Franci vehementer cœsi, nonnulli capti, plurimi etiã per fugam elapsi, vix ad patriã reuertunt: tantaq; ibi strages facta est de Francorũ exercitu/quanta vsq; alibi non memorat. Mirãdum sane est/cur Secundus qui aliqua de Langobardorũ gestis scripsit, hanc tantũ eorum victoriã prætererit, cum hæc quæ pręmisimus de Francorũ interitu/in eorũ historia iisdem ipsis pene verbis exarata legant.

als tantam

Caput. XXIX.

FLauius vero rex Authari legatos post hæc ad Baioariã misit: qui Garibaldi eorum regis filiã sibi in matrimoniũ peterent. Quos ille benigne suscipiẽs, Theodelindam suã filiam Authari se daturũ ꝓmisit: qui legati reuertentes cũ hæc Authari nunciassent, ille per semetipsum suã sponsam videre cupiẽs, paucis secum/sed expeditis ex Langobardis adhibitis: vnũq; sibi fidelissimũ, & quasi seniorẽ secum

Garibaldus rex Baioariæ. Theodelinda.

ducens/sine mora ad Baioariā perrexit. Qui cū in conspectu Garibaldi regis iuxta morem legatorū introducti essent, & is q̄ cū Authari quasi senior venerat, post salutationē verba, vt moris est, ītulisset: Authari cū a nullo illius gentis cognosceret, ad regē Garibaldū ꝓpinquius accedens/ait. Dominus meus Authari rex me proprie ob hoc direxit, vt vestram filiā ipsius sponsam (quę nostra dña futura est) debeam cōspicere: vt qualis eius forma sit/meo valeā dño certius nunciare. Cūq; rex hæc audiens/filiā venire iussisset, eāq; Authari, vt erat satis elegāti forma, tacito nutu contēplatus esset, eiq; satis per oïa cōplacuisset/ait ad regē. Quia talem filiæ vestræ personā cernimus, vt eam merito nostrā reginā fieri optemus: si placet vestrę potestati, de eius manu (sicut nobis postea factura est) vini poculum sumere prę optamus. Cūq; rex id vt fieri deberet annuisset: illa accepto vini poculo/ei prius q̄ senior esse videbat/ꝓpinauit. Deinde cū Authari, quē suū esse sponsum nesciebat, porrexisset, ille postq̄ biberat/ac poculū reddiderat, ei⁹ manū nemine aniaduertēte digito tetigit: dextrāq; suam sibi a frōte per nasum ac faciē ꝑduxit. Illa hoc suæ nutrici rubore persusa nunciauit. Cui nutrix sua ait. Iste nisi ipse rex & sponsus tuus esset/te oïno tangere nō auderet. Sed interim sileamus, ne hoc patri tuo fiat cognitum: re enim vera digna persona est quę tenere debeat regnū, & tuo sociari coniugio. Erat aūt tunc Authari iuuenili ætate floridus: statura decēs: candido crine perfusus: & satis decorus aspectu. Qui mox a rege cōmeatu accepto, iter patriā reuersuri arripiūt: decq; Noricorū finibus festinanter abscedunt. Noricorū siq̄dem ꝓuincia quā Baioariorū populus inhabitat, habet ab oriente Pannoniā: ab occidēte Suauiam: a meridie Italiā: ab aquilonis vero parte Danubij flueta. Igit̄ Authari cū iam ꝓpe Italiæ fines venisset, secūq; adhuc q̄ eū deducebāt, Baioarios haberet, erexit se quantū, super equum cui residebat, potuit: & toto annisu securiculam quam manu gestabat, in arborē quæ ꝓximior aderat/fixit: eamq; fixā reliquit: adijciens hæc insup verbis: talē Authari feritam facere solet. Cūq; hæc dixisset, tunc intellexerunt Baioarij q̄ cū eo comitabant̄, eū ipsum regē Authari esse. Deniq; post aliq̄d tēpus cū ꝓpter Francorū aduentū perturbatio Garibaldo regi aduenisset, Theodelinda eius filia cū suo Germano noïe Gundoald ad Italiam cōfugit: seq; aduentare Authari suo sponso nunciauit. Cui ille statim obuiam cū magno apparatu nuptias celebraturus in cāpū Sardis, q̄ super Veronā est occurrens: eandē cunctis lętantibus in coniugiū Idus Maias accepit. Erat aūt tunc ibi inter cęteros Langobardorum duces Agilulf dux Thaurinēsium ciuitatis: quo in loco cū perturbato aere lignum quoddam quod in regijs septis situm erat, cum magno tonitruorum fragore vi fulminis ictum fuisset: habebat tunc Agilulf quendam de suis aruspicē puerum qui per artē diabolicam quid futurum portenderet ictus fulminum intelligebat. Qui cū secrete cū Agilulf ad requisita naturę resideret, eidem dixit. Mulier ista quæ modo regi nostro nupsit, tua non post multum tempus coniunx futura est. Quod ille audiens, caput se eius amputaturū si hac de re ampli⁹ aliq̄d diceret, comminat⁹ est. Cui ille. Ego quidem inquit occidi possum: nā certe ad hoc ista in hanc patriam fœmina venit/vt tuis debeat nuptijs copulari. Quod ita quoq; post factum est. Hoc tempore, quam ob causam incertum, Ansul cognatus regis Authari apud Veronam est interfectus.

Noricū. Baioarij.

aūs Sueuiam

aūs verba

Gundoaldus

Agilulf

aūs Ansul

Caput. XXX.

als Gripho.

HAc etiã tempestate Grippo legatus Childeperti regis Francorũ cum de Constãtinopoli remeasset, & eidem regi suo quõ honorifice ab Imperatore Mauricio susceptus fuisset/nunciasset: & quia iniurias quas apud Cartaginẽ ꝑpessus fuerat, Imperator ad voluntatẽ Childeperti regis vltũ iri ꝓmisisset. Childepert⁹ cõfestim iterato in Italiã exercitũ Francorũ cũ viginti ducibus ad debellandã Langobardorũ gentẽ direxit. E qbus ducibus Audoaldus & Olo/& Cedinus eminẽtiores fuerũt. Sed Olo cũ importune ad Bilitionis castrũ accessisset/ iaculo sub mamilla sauciatus, cecidit, & mortu⁹ est. Reliqui vero Franci cũ egressi fuissent ad p̃dandum, a Langobardis irruentibus passim per loca singula prosternebantur. At vero Audoaldus, & sex duces Francorum ad Mediolanensiũ vrbem aduenientes, ibi eminus in cãpestribus castra posuerũt. Quo loco ad eos Imꝑatoris legati venerunt: nunciãtes adesse exercitũ in solatio eorũ: dicẽtesq; quia post triduum cũ eisdẽ veniemus: & hoc vobis erit signũ, cũ videritis villæ hui⁹ quę in monte sita est/domos incendio cõcremari: & fumũ incendij ad cœlos vsq; sustolli, noueritis nos cũ exercitu quẽ pollicemur aduẽtare. Sed expectantes Francorũ duces dieb⁹ sex iuxta placitũ, nullum ex his qbus legati Imꝑatoris ꝓmiserũt venisse contẽplati sunt. Cedinus aũt cũ tredecim ducibus Leuã Italiæ ingressus, qnq; castella cæpit: a quibus etiã sacramenta exegit. Peruenit etiã exercitus Francorũ vsq; Veronã: & deposuerunt castra plurima per pacẽ: post sacramẽta dataque se eis crediderũt, nullum ab eis dolum existimãtes. Noĩa aũt castrorũ quæ diruerũt in territorio Tridentino, ista sunt. Tesana, Maletũ, Semiana, Appianũ, Fagitanũ, Cũbra, Vicianũ, Bretonicũ, Volænes, Ennemase, & duo in Alsuca, & vnũ in Verona. Hęc omnia castra cũ diruta essent a Francis, ciues vniuersi ab eis ducti sunt captiui. Pro ferruge verò castro intercedẽtibus episcopis Ingenuino de Sauiõne, & Agnello de Tridento data est redẽptio per caput vniuscuiusq; viri solidus vnus/vsq; ad solidos sexcentos. Interea Francorũ exercitũ, cum esset tempus ęstiuũ, ꝓpter incõsueti aeris incõmoditatem dysenteriæ morbus grauiter exagitare cœpit: quo morbo plures ex eis interierũt. Quid plura? Cũ per tres mẽses Francorũ exercitus Italiã peruagaret̃, nihilq; ꝑficeret, neq; se de inimicis vlcisci posset/eo ꝙ se in locis firmissimis cõtulissent: neq; regẽ attingere valeret, de quo vltio fieret, q se intra Ticinẽsem munierat vrbem: vt diximus/infirmatus aeris intẽperantia, ac fame constrictus/exercitus redire ad ꝓpria destinauit. Qui reuertẽtes ad ꝓpria in tantũ famis penuriã perpessi sunt: vt prius vestimenta ꝓpria, insuper etiã & arma ad emendum victum præberent/ꝗ̃ ad genitale solum pertingerent.

als Terana
Maletũ
Semiana
Appianum.
Fagitanum
Cunbra. als Vmbria.
Vicianum. als Bracianum
Brentonicum als Bretionicũ
Volænes. als Belones.
Ennemase.
Alsuca
Ferruges

Audoaldus.
Olo
Cedinus
Bilitionis castrum.

Caput. XXXI.

CIrca hæc tempora putat̃ esse factum quod de Authari rege refert̃. Fama est. n. tunc eundem regẽ per Spoletũ Beneuentũ peruenisse: eandemq; regionẽ cœpisse: & vsq; etiã Regium extremã Italiæ ciuitatẽ vicinã Siciliæ perambulasse: & qa ibidẽ intra maris vndas colũna quędã esse posita dicit̃, vsq; ad eã equo sedẽs accessisse: eãq; de hastæ suæ cuspide tetigisse/dicẽs. Vsq; huc erũt Langobardorũ fines Quæ colũna vsq; hodie dicit̃ ꝑsistere: & colũna Authari appellari.

C. XXXII.

Zoto

Guntrãnus

FVit aũt primus Langobardorũ dux in Beneuẽto noĩe Zoto: q in ea principatus est ꝑ curricula viginti annorũ. Interea Authari rex legationẽ verbis pacificis ad Guntrãnum regem Francorũ patruũ scilicet Childeperti regis direxit: a quo le

gati iidẽ iocũde suscepti: sed ad Childepertũ q̃ ei nepos ex fratre erat/ directi sunt: vt per eius votũ pax cũ gente Langobardorũ firmaret. Erat aũt Guntrãn⁹ iste de quo diximus, rex pacificus, & omni bonitate cõspicuus. Cuius vnũ satis factũ ammirabile libet & nos huic nostræ historiæ breuiter inserere: prçsertim cũ hoc Frãcorũ historiã nouerimus minime cõtinere. Is cũ venatũ quodam tpe in siluã isset: & (vt assolet fieri) huc illucq; discurrentibus socijs/ ipse cũ vno fidelissimo tñ suo remansisset, grauissimo somno depressus/ caput in gremiũ eiusdem fidelis sui reclinans/ obdormiuit. De cui⁹ ore paruũ animal in modũ reptilis egressum, tenuẽ riuulum q̃ ppe discurrebat/ vt trãsire posset/ satagere cœpit. Tũc isdem in cuius gremio qescebat/ spatam suã vagina exemptã super eundẽ riuulũ posuit: super quã illud reptile de quo diximus ad partem aliã transmeauit. Quod cũ non longe exinde in q̃ddã foramen montis ingressum fuisset, & post aliquantũ spatij regressum sup eandem spatã præfatũ riuulũ trãsmeasset, rursum in os Guntrãni de quo exierat/ introiuit. Guntrãnus post hæc de somno expgefact⁹/ mirificã se visionẽ vidisse narrauit. Rettulit. n. apparuisse sibi in somnis q̃ fluuiũ quẽdam p pontẽ ferreũ trãsisset, & sub montẽ quendã introisset, vbi multũ auri pondus aspexisset. Is vero in cuius gremio caput tenuerat/ cũ dormisset/ q̃d de eo viderat/ ei cuncta p ordinẽ rettulit. Quid plura? Effossus est locus ille: inçstimabiles thesauri q̃ ibidẽ antiq̃tus positi fuerãt/ sunt reperti. De q̃ auro ipse rex postmodum ciboriũ solidum miræ magnitudinis/ & magni ponderis fecit: multisq; illud preciosissimis gẽmis decoratũ/ ad sepulchrũ dñi Hierosolymã transmittere voluit: sed cũ minime potuisset, eundem supra corpus beati Marcelli martyris quod in ciuitate Cauillonio sepultum est, vbi sedes regni illius erat, poni fecit. Et est ibi vsq; in prçsentem diem: nec est vsq; vllum op⁹ ex auro effectum quod ei valeat cõparari. Sed nos his breuiter quæ relatu digna erant contactis/ ad historiã reuertamur.

Caput. XXXIII.

INterim dum legati Authari regis in Francia morarenť, rex Authari apud Ticinũ Nonas Septẽbris veneno (vt tradunt) accepto/ moriť, postq; sex regnauerat annos: statimq; a Lãgobardis legatio ad Childepertũ regẽ Francorũ missa est, q̃ Authari regis mortẽ eidẽ nunciaret: & pacẽ ab eo expeteret. Quod ille audiẽs, legatos q̃dem suscepit: pacẽ vero in posterũ se daturũ pmisit. Qui tñ prçfatos legatos post aliquot dies pmissa pace absoluit. Regina vero Theodelinda quia satis placebat Langobardis, pmiserũt eã in regia cõsistere dignitate: suadẽtes ei vt sibi quẽ ipsa voluisset ex oib⁹ Langobardis virũ eligeret: talẽ scilicet q̃ regnũ regere vtiliter posset. Illa vero consiliũ cũ prudentibus habẽs, Agilulfum ducẽ Taurinaciũ & sibi virũ, & Langobardorũ genti regẽ elegit. Erat. n. isdem vir strẽnuus & bellicosus: & tã forma/ q̃ anima ad regni gubernacula coaptatus. Cui statim regina ad se venire mandauit: ipsaq; ei obuiã ad Laumellum oppidũ pperauit. Qui cũ ad eam venisset/ ipsa sibi post aliqua verba vinũ ppinari fecit. Quç cũ prior bibisset/ residuũ Agilulfo ad bibendũ tribuit. Is cũ reginç accepto poculo manus honorabiliter osculatus esset, regina cum rubore subridens/ nõ debere sibi manũ osculari ait. Quẽ osculũ ad os iungere opteret: moxq; eũ ad suũ basiũ erigẽs, ei de suis nuptijs deq; regni dignitate aperuit. Quid plura? Celebranť cũ magna lçticia nuptiç: suscepit Agilulf, q̃ fuerat cognatus regis Authari inchoãte iam mense Nouẽbrio re-

Votũ. al' nutũ

al's eodem
al's Caballono vel Cauallono

al's animo
al's Lauinellũ.

giam dignitatem. Sed tñ cõgregatis in vnũ Langobardis/postea mense Maio ab omnibus in regnũ apud Mediolanũ leuatus est. Finit liber tertius.

PAVLI VVARNEFRID LANGOBARDI FILII DIACONI FOROIVLIENSIS HISTORIAE LANGOBARDICAE LIBER QVARTVS.

INICIPIVNT CAPITVLA LIBRI QVARTI

IN NOMINE DOMINI HISTORIAE LANGOBARDORVM INCIPIT LIBER QVARTVS. Caput. I.

Onfirmata igit̃ Agilulfi (q & Ago dictus est) regia dignitate, causa eorũ q ex castellis Tridentinis captiui a Francis ducti fuerant, Agnellũ epm̃ Tridentinũ in Franciã misit: q exinde rediẽs secũ aliquãtos captiuos q̃s Brunechildis regina Francorũ ex ꝓprio ꝑcio redemerat, reuocauit. Euin q̃q; dux Tridentinorũ ad obtinẽdam pacẽ ad Gallias perrexit: qua ĩpetrata, regressus est. — Agilulfus Ago; Agnellus episcopus; Brunechildis.; Euin dux.

Cap. II. HOc anno fuit siccitas nimiũ grauis a mense Ianuario vsq; ad mensem Septembriũ: & facta est magna penuria famis. Venit quoq; & magna locustarũ magnitudo in territoriũ Tridentinũ: quæ maiores erãt q̃ cęteræ locustę. Et mirũ dictu, herbas, paludesq; depastæ sunt: segetes vero agrorũ exigue cõtigerunt. Sequenti vero anno pari nihilominus modo aduentarunt. — famis al's panis

Caput. III. HIs diebus Agilulfus rex occidit Mimulfum ducẽ de ĩsula sancti Iuliani: eo q͛ se supiori tpe Francorũ ducibus tradidisset. Gaidulfus vero Pergamẽsis dux in ciuitate sua Pergamo rebellans contra regem se cõmuniuit: sed datis obsidibus pacẽ cũ rege fecit. Rursum se Gaidulfus in ĩsula Comacina reclusit. Agilulfus vero — Mimulfus; Gaidulfus

rex in eandē Comacinā insulā ingressus, hoīes Gaidulfi exīde expulit: & thesaurū quē ibidē a Romanis impositū inuenerat/Ticinū trāstulit. Gaidulfus vero iterato Pergamū confugiēs/ibicq ab Agilulfo rege obtētus, rursum in gratiā recept⁹ est.

Vulfari Rebellauit q̄cq dux Vulfari cōtra regē Agonē apud Taruisiū: & obsessus/captus (cq est ab eo. Caput. IIII.

HOc anno fuit pestis inguinaria iterū apud Rauennā, Grad⁹ & Histriā nimiū grauis: sicut & prius ante triginta annos extiterat.

Auares Childepertus. Hoc etiā tpe Agilulfus rex cū Auaribus pacē fecit. Childepert⁹ q̄cq bellū gessit cū cōsobrino suo Hilperici filio: in quo p̄lio vscq ad triginta milia cęsa sunt. Fuit aūt

Briones tūc hyēs frigida nimis/qualē vix aliqs prius recolebat fuisse. In regiōe q̄cq Brionū sanguis de nubib⁹ fluxit: & ītra Rheni fluuij aquas riuul⁹ cruoris emanauit. C. V.

Gregorius papa HIs diebus sapiētissimus ac beatissimus Gregorius papa Romanę vrbis postcq alia multa ad vtilitatē sanctæ ecclesie scripserat, etiā libros quatuor de vita sanctorum cōposuit: quē codicē dialogū, id est duorū locutionē: qa eū colloquēs cū

Theodelinda. suo diacono petro ediderat/appellauit. Hos igit̄ libros p̄fat⁹ papa Theodelindæ reginę direxit: quā sciebat vticq & christi fidei deditā, & in bonis actibus esse p̄cipuā. Ca. VI.

PEr hanc q̄cq reginā multū vtilitatis dei ecclesia cōsecuta est. Nam pene omnes ecclesiarū substantias Langobardi cū adhuc gentilitatis errore tenerent/inuaserūt. Sed huius salubri supplicatiōe rex permotus, & catholicā fidē tenuit, & multas possessiōes ecclesiæ christi largit⁹ est: atcq episcopos q̄ in depressione & abiectione erant/ad dignitatis solitæ honorē reduxit. Caput. VII.

Tassilo Baioarij: HIs diebus Tassilo a Childeperto rege Francorū apud Baioariā rex ordinatus est. Qui mox cū exercitu in Sclauorū p̄uinciā introiens/patrata victoria ad solum proprium cum maxima pręda remeauit. Caput. VIII.

Romanus HAc etiā tēpestate Romanus patricius & exarchus Rauennæ Romā p̄perauit. Qui dum Rauennā reuertit̄/retinuit ciuitates quæ a Langobardis tenebant̄: quarū ista sunt nomina. Sutriū, Polimartiū, Hortā, Faider, Ameria, Perusiū, Luceolis, & alias quasdam ciuitates. Quod factum cū regi Agilulfo nunciatū esset/statim Ticino egressus, cū valido exercitu ciuitatē Perusiū petijt: ibicq p dies aliquot

Maurisio dux Maurisionē ducem Langobardorū q se Romanorū partibus tradiderat/obsedit & sine mora captū vita priuauit. Huius regis aduentu in tantū beatus papa Gregorius exterritus est/vt ab expositione templi de quo in Ezechiele legit̄/desisteret: sicut ipse q̄cq in suis Omelijs refert. Rex igit̄ Agilulf rebus cōpositis/Ticinū repedauit. Nec multū post suggerente, maxime Theodelinda regina sua coniuge: sicut eā beatus papa Gregorius suis epistolis sæpius ammonuit: cū eodē viro sanctissimo papa Gregorio, atcq Romanis pacē firmissimā pepigit. Eidemcq regine idem venerabilis sacerdos pro gratiarūactione hanc epistolā direxit. Caput. IX.

GRegorius Theodelindę reginæ Langobardorū. Quia excellētia vestra ad faciendū pacē studiosius & benigne se sicut solet impēderit, renūciante filio nostro Probo abbate cognouim⁹. Nec. n. aliter de christianitate vestra cōfidendū fuit, nisi qa in causa pacis laborē & bonitatem vestrā oib⁹ monstraretis. Vnde oīpotenti deo gr̄as agim⁹, q ita cor vr̄m sua pietate regit: vt sicut fidē rectam tribuit/ita q̄cq placita sibi vos sp operari cōcedit. Non. n. excellentissima filia de sanguine qui ab vtracq parte fundendus fuerat/paruā te credas acq̄sisse mercedē. Ex qua re voluntati vestrę gr̄as referētes/dei nostri misericordiā dep̄camur/ vt bonorū vobis

vicē in corpore & aīa, hic & in futuro cōpenset. Salutātes vos prętcrea paterna dilē ctione hortamur / vt apud excellentissimū coniugē vr̄m illa agitatis, quaten⁹ christi anę reipublicæ societatē non renuat. Nā sicut & vos scire credimus, multis modis est vtile, si se ad eius amicitiam conferre voluerit. Vos ergo more vestro quæ ad gratiā partiū pertinent / semper studete: atq; vbi causa mercede se dederit, elaborate: vt bona vestra amplius ante omnipotentis dei oculos cōmendetis. Cap. X.

als agatis

als mercedis eduderit

Item epistola eiusdem ad Agilulfum regem.

GRegorius Agilulfo regi Langobardorū. Gratias excellentię vestrę referim⁹: quia petitionē nostrā audientes, pacē quę vtrisq; esset ptib⁹ ꝓfutura, sicut de vobis cōfidentiā habuimus / ordinastis. Ex qua re excellētię vestrę prudētiā & bonitatē valde laudam⁹: quia pacē diligēdo deū, vos q̄ auctor ipsius est, amare monstratis. Nā si (quod absit) facta non fuisset, q̄d agi habuit, nisi cū peccato & periculo partiū miserorū rusticorū sanguis, quorū labor vtrisq; ꝓficit, funderet. Sed vt ꝓdesse nobis eandē pacē queadmodū a vobis facta est sentiam⁹, paterna charitate vos salutātes petimus, vt q̄ties occasio se dederit / ducib⁹ vr̄is p diuersa loca, & maxime in his ptib⁹ cōstitutis vr̄is pręcipiatis epīs / vt hāc pacē sicut ꝓmissum est / pure custodiāt: & occasiones sibi aliquas nō quęrāt vn̄ aut cōtētio quędā / aut ingratitudo nascat: quaten⁹ volūtati vestrę agere grās valeam⁹. Allatores vero pręsentiū literarū, sicut reuera hoīes vr̄os in eo q̄ decuit affectū suscepim⁹: qa iustū fuit vt viros sapiētes, & q pacē factam deo ꝓpitio nūciarūt, cū charitate & suscipe / & dimittere deberem⁹. Cap. XI.

INtra hęc sequēti mēse Ianuarij apparuit stella cometis mane & vespere p totū mēsem. Eo q̄q; mense defunctus est Ioānes archieps Rauēnę: cuius in locū Marianus ciuis Romanus substitutus est. Euin q̄q; duce in Tridēto mortuo / dat⁹ est eidē loco dux Gaidoaldus vir bon⁹ ac fide catholicus. Iisdem ipsis diebus Baioarij vsq; ad duo milia virorū / dū sup Sclauos irruūt, superueniente Cacano / oēs interficiunt. Tunc primū caballi siluatici & bubali in Italiam delati / italiæ populis miraculo fuerunt. Caput. XII.

Ioānes archiepiscopus
Marianus
Gaidoaldus
Baioarij
Cacanus
Caballi Siluatici
Bubali

HAc etiā tēpestate Childepertus rex Francorū ętatis anno. xxv. cū vxore ꝓpria, sicut fert, veneno extinguit. Huni q̄q; q & Auares dicunt, à Pannonia in Turingiā ingressi / bella grauissima cū Frācis gesserūt. Brunichildes tūc regia cū nepotibus adhuc puerulis Theodeperto & Theoderico regebat Gallias. A qb⁹ accepta Huni pecunia / reuertunt ad ꝓpria. Mortu⁹ q̄q; est Guntrānus rex Francorū: regnūq; illius Brunihildis regina suscepit, cū nepotib⁹ adhuc paruulis filijs Childeperti. Ca. XIII.

Childepertus rex
Huni
Auares
Brunichildes.
Theodepertus
Theodericus.
Guntrānus.

PEr idē tp̄s Cacanus rex Hunorū legatos ad Agilulfum Mediolanū mittens, pacē cū eo fecit. Romanus q̄q; patricius morit, cui Gallicinus successit: & cū Agilulfo rege pacis concordiā inijt. Caput. XIIII.

Cacanus.
Gallicinus

HOc etiam tpe Agilulf cū Theoderico Francorū rege pacē perpetuā fecit. Post hæc Ago rex rebellantē sibi Zangrulfum Veronēsiū ducē extinxit. Gaidulfum q̄q; Pergomēsem ducē, cui iā bis pepercerat / peremit: pari etiā mō & Vuamecantiū apud Ticinū occidit. C. XV.

Ago
Zangrulfus
Vuamecātius

SVbsequēti tpe rursum Rauennā, & eos q circa orā maris erant / pestis grauissima vastauit. Sequenti q̄q; anno mortalitas valida populos Veronensiū attriuit. Caput. XVI.

TVnc etiā signū sanguineū in cœlo apparuisse visum est: & quasi ab hasta sanguinea, & lux clarissima per totam noctem. Theodepert⁹ rex Francorum eo

Theodepertus

Clotharius
Ariulfus.
Faruualdus.

the cũ Clothario patruele suo bellũ gerẽs/ ei⁹ exercitũ vehemẽter afflixit. C.XVII

SEquenti anno Ariulfus dux q Farualdo apud Spoletũ successerat/ morit. Hic Ariulfus cũ bellũ contra Romanos in Camerino gessisset/ victoriãq; patrasset, reqrere a suis hoĩbus cœpit, qs ille vir fuerit quẽ ipse in bello quod gesserat/tam strennue pugnantẽ vidisset. Cui cũ sui viri responderent se ibi nullũ aliquẽ fortius facientẽ q̃ ipsum ducẽ vidisse, ille ait. Certe multũ/ & per oĩa me meliorẽ ibi aliũ vidi: qui quotiens me aduersæ partis aliqs pcutere voluisset, ille vir strennuus me semper suo clypeo ꝓtexit. Cũq; dux ipse ꝓpe Spoletũ (vbi basilica beati martyris Sauini episcopi sita est, in qua eiusdẽ venerabile corpus qescit) aduenisset, interrogauit cuius hæc ampla domus esset. Responsum est ei a viris fidelibus, Sauinũ ibi martyrẽ requiescere: quẽ christiani quotiens in bellũ contra hostes irent/ solitũ haberent in suum auxiliũ inuocare. Ariulfus vero cũ adhuc esset gentilis/ ita respondit. Et potest fieri vt hõ mortuus aliquod viuenti auxiliũ prestet. Qui cũ hęc dixisset, equo desiliens, eandem basilicã conspecturus intrauit. Tunc aliis orãtibus/ ipse picturas eiusdem basilicę mirari cœpit. Qui cũ figurã beati martyris Sauini depictam conspexisset, mox cũ iuramento affirmauit dicens, talem oĩno eum virũ q se in bello ꝓtexerat formã habitũq; habuisse. Tunc intellectum est beatũ martyrem Sauinũ eidem in prelio adiutoriũ contulisse. Igit mortuo Ariulfo/ duo filii Faroaldi superioris ducis intra se ꝓpter ducatũ decertãtes, vnus ex ipsis qui victoriam nactus est, nomine Theudelapius, ducatũ suscepit. Caput. XVIII.

ali aliquid.

Sauinus epũs.

Theudelapius

CIrca hæc tpa cœnobiũ beati Benedicti patris (quod in castro Cassino situ est) a Langobardis noctu inuadit. Qui vniuersa diripiẽtes/ nec vnũ ex monachis tenere potuerũt: vt ꝓphetia venerabilis Benedicti patris quã longe ante præuiderat/ ipleret: qua dixit. Vix apud deũ obtinere potui/ vt ex hoc loco mihi aĩæ cõcederent. Fugiẽtes q̃q; ex eodẽ loco monachi/ Romã petierunt: secũ codicẽ sanctę regulæ, quã beatus pater cõposuerat, & quędã alia scripta, necnon pondus panis, & mensurã vini, & qcquid ex suppellectili subripere poterant/ deferẽtes. Siqdẽ post beatũ Benedictum Constãtinus, post hunc Simplicius, post quẽ Vitalis, ad extremũ Bonitus congregationẽ ipsam rexit: sub q hęc destructio facta est. C.XIX

Arigis

MOrtuo igit & Zottone Beneuentorũ duce/ Arigis in locũ ipsius a rege Agilulfo missus successit: q ortus in Foroiulii fuerat: & Gisulfi Foroiuliani ducis filios educarat: eidemq; Gisulfo consanguineus erat. Ad hunc Arigisum extat epistola beati Gregorii papæ in hunc modum directa. Caput. XX.

GRegorius Arigiso duci. Quia sic de gloria vestra/ sicut reuera de filio nostro confidimus, petere a vobis aliqua fiducialiter ꝓuocamur: arbitrãtes q̃ minime nos patiamini cõtristari: maxime in tali re vnde vestra aĩa multũ poterit adiuuari. Indicamus aũt ꝓpter ecclesias beatorũ Petri & Pauli aliquantas nobis trabes necessarias esse: & ideo Sauino Subdiacono nostro iniunximus de partibus Bricti onũ aliquãtas incidere/ vt vsq; ad mare in locũ aptũ trahere debeat. Et quia in hac re solatiis indiget, salutantes gloriã vestrã paterna charitate/ petimus vt actionariis vestris q in illo loco sunt deputetis vt hoĩes q sub eis sunt/ cum bobus suis in eius transmittere solatiũ debeant: quatenus vobis cõcurrentibus meli⁹ qd' ei iniũxim⁹, possit perficere. Nos. n. ꝓmittim⁹: quia dũ res perfecta fuerit/ dignũ vobis xeniũ

quod nō sit iniuriosum/transmittemus. Nam scimus nos considerare & filijs nostris qui bonā vobis voluntatē exhibent/respondere. Vnde iterū petimus gloriose filii/vt ita facere debeatis, vt & nos vobis possimus esse ꝓ prestito beneficio debitores: & vos mercedem ꝓ sanctorum ecclesijs habeatis. Caput. XXI. — als nobis

HIs diebus capta est filia regis Agilulfi cū viro suo Godescalco nōie, de ciuitate parmēsi ab exercitu Gallicini patricij: & ad vrbē Rauēnatiū sunt deducti. Hoc quoqꝫ tempore misit Agilulfus rex Cacano regi Auarorū artifices ad faciēdas naues cū qbus isdem Cacanus insulam quandam in Thracia expugnauit. C. XXII. — Godescalcus

PEr idē quoqꝫ tēpus Theodelinda regina basilicā beati Ioannis baptistę quā in Modicia cōstruxerat: q̄ locus supra Mediolanū. xiij. milibus abest/dedicauit: multisqꝫ ornamētis auri/argētiqꝫ decorauit: predijsqꝫ sufficienter ditauit. Quo in loco etiā Theodericus quondā Gothorū rex palatiū cōstruxit: ꝓ eo ꝙ ęstiuo tpe locus ipse vtpote vicinus alpibus tēperatus ac salubris existit. Cap. XXIII. — Mœdicia — Theodericus rex

IBi etiā p̄fata regina sibi palatiū condidit: in quo aliqd & de Langobardorū gestis depingi fecit: in qua pictura manifeste ostendit quō Langobardi eo tpe comā capitis tondebāt: vel qualis illis vestitus, qualisue habitus erat. Siqdē ceruicem vsqꝫ ad occipitiū radentes nudabāt capillos a facie vsqꝫ ad os dimissos habētes, q̄s in vtrāqꝫ partē in frontis discrimine diuidebant. Vestimēta vero eis erant laxa, & maxime linea, qualia Angli Saxones habere solent: ornata institis latioribus, vario colore cōtextis. Calcei vero erant vsqꝫ ad summū pollicē pene apti: & alternatim laqueis corrigiarū retenti. Postea vero ceperūt hosis vti: sup quas eqtantes tubrugos byrreos mittebant: sed hoc de Romanorū cōsuetudine traxerāt. Ca. XXIIII. — als demissos

VSqꝫ ad hæc tpa Patauiū ciuitas fortissime militibus repugnātibus Langobardis rebellauit. Sed tādē iniecto igni flāmis vorātib⁹ cōcremata est: & iussū regis Agilulfi ad solū vsqꝫ destructa est. Milites tn̄ q̄ in ea fuerūt/ Rauennā remeare p̄missi sunt. C. XXV. — Patauium.

HAc tēpestate legati Agilulfi regressi a Cacano pacem perpetuā factam cū Auaribus nunciarunt. Legatus q̄qꝫ Cacani cum eis adueniens/ad Gallias perrexit: denūcians Francorū regibus, vt sicut cū Auaribus, ita pacem habeant cū Langobardis. Intra hæc Langobardi cū Auarib⁹ & Sclauis Histrorū fines ingressi, vniuersa ignibus & rapinis vastauere. Cap. XXVI.

AGilulfo q̄qꝫ regi tunc nascit̄ filius de Theodelinda regina in Modiciæ palatio: qui Adoloald est appellatus. Sequenti tempore Langobardi castrū montis Silicis inuaserunt. Per idem tēpus repulso apud Rauennā Gallinico, redijt Smaragdus, qui prius fuerat Rauennæ patricius. Caput. XXVII. — Adoloald — Mons Silicis — als sepulto — Smaragdus

IGit̄ Mauricius August⁹ postqꝫ vno & viginti annis rexit imperiū, cū filiis Theodosio & Tyberio & Cōstātino a Foca q̄ fuit strator Prisci patricij/occidit̄. Fuit aūt vtilis reipublicę: nā sæpe contra hostes dimicās/victoriā obtinuit. Huni q̄qꝫ qui & Auares appellant̄, eius virtute deuicti sunt. Caput. XXVIII. — Mauricius Cęsar — Focas

HOc anno Gaidoaldus dux de Tridētꝙ, & Gisulfus de foro Iulij cum antea a regis Agilulfi societate discordarēt, ab eo in pace recepti sunt. Tunc etiā baptisatus est prænoiatus puer Adoloald filius Agilulfi regis in sancto Ioāne in Modicia: & susceptus de fonte a Secūdo seruo Christi de Tridento: cuius sepe fecim⁹ mentionē. Fuit aūt festi paschalis dies eo tēpore. VII. Idus Aprilis. Ca. XXIX. — Gaidoaldus — secundus

Cremona
Mantua
Vulturina
Brexillum
Regis filie

ERat aūt his diebus adhuc discordia Langobardis cum Romanis ꝓpter captiuitatē filiæ regis. Qua de causa rex Agilulfus egressus Mediolano mense Iulio obsedit ciuitatē Cremonensem cū Sclauis, quos ei Cacanus rex Auarorū in solatiū miserat: & cœpit eam. XII. Kal. Septēbris: & ad solum vsq; destruxit. Pari etiā modo expugnauit Mantuā: & interruptis muris eius cū arietibus, dās veniā militib⁹ q in ea erant reuertēdi Rauennā: ingressusq; est in eā die Iduū Septembriū. Tunc etiā partibus Langobardorū se tradidit castrū quod Vulturina vocat̃. Milites vero Brexillū oppidū igni cremātes fugerūt. His ita patratis, reddita est filia regis a Smaragdo patricio cū viro & filia, ac rebus cunctis: factaq; est pax mense nono vsq; kalendas Aprilis, inditione. viij. Filia vero regis mox a Rauēna Parmā rediēs: ob difficultatē partus periclitata, statim defuncta est. Hoc anno Theudepertus & Theodericus reges Francorum aduersus Clothariū patruum suum dimicarūt: in quo certamine ex vtraq; parte multa milia ceciderunt. Caput. XXX.

TVnc etiā beatus papa Gregorius migrauit ad Christū: cū iam Focas per inditionē octauā anno regnaret secūdo: cuius in locū ad apostolatus officiū Sauinianus est ordinatus. Fuit aūt tunc hyems frigida nimis: & mortuę sunt vites pene in oībus locis: messes q̄q; partim vastatæ sunt a muribus: partim percussę vredinę euanuerunt. Debuit etenim tunc mundus famē/sitimq; pati, qn̄ recedēte doctore tanto, animas hoīm spiritalis alimoniæ penuria/sitisq; ariditas inuasit. Libet sane me pauca de eiusdē beati Gregorij papæ quadam epistola huic opusculo inserere vt possit liqdius agnosci ꝙ humilis iste vir fuerit: quātęq; innocētię & sanctitatis. Hic deniq; cū accusat⁹ apud Mauriciū Augustum & eius filios fuisset, ꝙ Malchū quendam episcopū in custodia ꝓ solidis occidisset, scribens ꝓ hac re epistolā Sauiniano suo apochrysiario: q erat apud Constantinopolim, inter cętera sic ait. Vnū est quod breuiter suggeras serenissimis dn̄is nostris: quia si ego seruus eorum in morte Langobardorū me miscere voluissem, hodie Lāgobardorū gens nec regē nec duces, nec comites haberet: atq; in summa cōfusione diuisa esset. Sed qa deū timeo, in morte cuiuslibet hoīs me miscere formido. Malch⁹ aūt isdē episcopus neq; in custodia fuit, neq; in aliqua afflictiōe, sed die qua causam dixit & abductus est, nesciēte me a Bonifacio notario, & in domū eius ductus est: ibiq; prādidit, & honorat⁹ est ab eo: & nocte subito mortu⁹ est. Ecce quātæ humilitatis vir iste fuit q cū esset summus pontifex, se seruū noīauit. Ecce quātæ innocētiæ, q nec in morte Langobardorū (q vtiq; & increduli erant/& oīa deuastabāt) sese noluerit ammiscerī. Caput. XXXI.

Adoloaldus

IGit sequenti ęstate mense Iulio leuatus est Adoloaldus rex super Langobardos apud Mediolanū in circo in præsentia patris sui Agilulfi regis astātibus legatis Theudeperti regis Francorū: & despōsata est eidē regio puero filia regis Theudepti: & firmata ē pax ꝑpetua cū Frācis. C. XXXII.

EOdem tp̄e Franci cū Saxonibus pugnantes, magna strages ab vtrisq; ꝑtib⁹ facta est. Apud Ticinū quoq; in basilica beati Petri apostoli Petrus Cantor fulmine ictus est. Sequenti deniq; mense Nouēbrio rex Agilulfus pacē fecit cū Smaragdo patricio in annū vnū: accipiens a Romanis duodecim milia solidorū. Ciuitates quoq; Tuscię, hoc est Balneus regis, & vrbs vet⁹ a Langobardis inuasę sunt. Tunc etiā mense Aprili & Maio apparuit in cœlo stella quam cometem dicunt.

Dehinc Agilulfus rex iterū facit pacē cū Romanis trib⁹ annis. Caput. XXXIII.

HIs diebus defuncto Seuero patriarcha, ordinatᷓ in loco eius Ioānes Abbas patriarcha in Aquileia vetere, cum cōsensu regis & Gisulfi ducis. In gradus quoq; ordinatus est Romanis Candidianus antistes. Rursum mense Nouēbrio & Decembrio stella cometis apparuit. Candidiano quoq; defuncto/apud gradus ordinatur patriarcha Epiphanius, q fuerat primicerius notariorū ab episcopis q erāt sub Romanis: & ex illo tēpore cęperunt duo esse patriarchæ. Caput. XXXIIII.

alʼs Romanus

Duo Patriarchæ.

HAc ætate Ioannes Consinus inuasit Neapolim: quē de eadem ciuitate nō multos post dies Eleutherius patricius expulit: eūq; interfecit. Post hæc isdē Eleutherius patricius Eunuchus imperij iura suscepit: qui dum a Rauenna Romā pergeret, in castro Luceolis a militibus interfectus est: caputq; eius Constantinopolim Imperatori delatum est. Caput. XXXV.

alʼs Confines

Eleutherius

HAc etiā tempestate misit rex Agilulfus Stablicianū notarium suū Constātinopolim ad Focam Imperatorē: q rediens cū legatis Imperatoris facta pace annuali Agilulfo regi iidē legati imperialia munera obtulere. Caput. XXXVI.

FOcas igitᷓ (vt præmissum est) extincto Mauricio/eiusq; filijs, Romanorū regnum inuadens p, octo annorū curricula principatus est. Hic rogāte papa Bonifacio/statuit sedē Romanæ & apřicæ ecclesię caput esse oīm ecclesiarū: quia ecclesia Constātinopolitana primam se oīm ecclesiarū scribebat. Idem etiam papa Bonifacio petente/iussit in veteri fano quod pantheū vocabatᷓ, ablatis idolatrię sordibus, ecclesiā beatæ semper virginis Mariæ/& oīm martyrū fieri: vt vbi quondam oīm non deorū/sed dęmoniorū cultus agebatᷓ, ibi deinceps oīm fieret memoria sanctorū. Huius tpe Prasini & Veneti per orientē & Aegyptū ciuile bellum faciunt: ac sese mutua cęde ꝓsternunt. Per se quoq; aduersus rempublicā grauissima bella gerētes, multas Romanorū ꝓuincias/& ipsam Hierosolymā auferūt: & destruentes ecclesias: sancta quoq; ꝓphanātes, inter ornamenta locorū sanctorum vel cōmuniū: etiam vexillum dominicę crucis abducunt. Contra hunc Focā Eraclianus q Africā regebat/rebellauit: atq; cū exercitu veniēs/eū regno atq; vita priuauit: remq; publicā Romanā Eraclius eiusdē filius regendā suscepit. Caput. XXXVII.

Focas Cæsar

Bonifacius papa.

Prasini

Veneti

Eraclianus

Eraclius Cæs.

CIrca hæc tpa rex Auarorū quē sua lingua Cacanū appellant, cum innumerabili multitudine veniens/Venetiarū fines ingressus est. Huic Gisulfus Foroiulianus dux, cū Langobardis quos habere poterat/audacter occurrit: sed ꝗuis forti animositate contra immēsam multitudinē bellum cū paucis gereret, vndiq; tñ circūseptus, cū omnib⁹ pene suis extinctus est. Vxor vero eiusdē Gisulfi nomine Romilda cū Langobardis q euaserant, siue eorū vxoribus & filijs qui in bello perierant, intra murorū se Foroiuliani castri munijt septa. Huic erant filij Taso & Caco iā adolescentes. Rodoald vero & Grimoald adhuc in puerili ętate cōstituti. Habebat vero & filias quatuor: quarū vna Appa, alia Gaila vocabatᷓ: duarū noīa nō retinemus. Cōmunierunt se quoq; Langobardi & in reliquis castris/quę his vicina erant: hoc est in Cormones, Nemas, Osopo, Artenia, Reunia, Glemona vel etiam Mibligine: cuius positio oīno inexpugnabilis existit. Pari etiā modo & in reliqs castellis: ne Hunis, hoc est Auaribus præda fierent, se cōmuniere. Auares vero per omnes Foroiulianorum fines discurrentes/omnia incendijs & rapinis vastantes,

alʼs Auarum.
Cacanus.

Gisulfus

Romilda

Taso
Caco
Rodoald
Grimoald
Appa
Gaila

Cormones
Nemas
Osopus
Artenia.
Reunia
Glemona
Mibligine

taminarent. Crudorũ pullorũ carnes sibi intra mamillas sub fascia posuerũt: quæ ex calore putrefactę/odorẽ fetidum exalabant. Cũq eas vellent Auares cõtingere, nõ sustinentes fœtorẽ, putabant eas naturaliter ita fœtere: ꝓcul ab eis cũ execratiõe recedentes/atq dicentes, omnes Langobardas fœtidas esse. Hac igit arte Auarorum libidinẽ puellę nobiles euadentes/& ipsę castę seruatę sunt: & vtile seruandæ castitatis, si qd tale fœminis contigerit, mandauerũt exemplũ. Quę postea p diuersas regiones venũdatę, iuxta nobilitatẽ suã dignis sunt nuptiis potitę. Nã vna earũ Alamannorũ regi, alia vero dicit Baioariorũ principi nupsisse. Ca. XXXVIII.

EXigit vero nũc locus postposita generali historia, pauca etiã priuatim de mea qui hæc scribo genealogia retexere. Et quia res ita postulat, paulo superius narrationis ordinẽ replicare. Eodem deniq tẽpore quo Lãgobardorũ gens de Pannoniis ad Italiã venit, Leuchis meus abauus ex eodẽ Langobardorũ genere cũ eis pariter aduentauit: qui postq aliquot annos in Italia vixit: diẽq claudẽs extremũ, qnq ex se genitos filios adhuc paruulos reliquit: quos tẽpestas ista captiuitatis, de qua nunc diximus, cõprehendens/omnes ex castro Foroiuliẽsi in Auarorũ patriã exules deduxit. Qui cũ per multos annos in eadem regione captiuitatis miseriã sustinuissent, etiã ad virilem peruenissent ętatẽ, cęteris quatuor (quorũ nomina non retinemus) in captiuitatis angustia persistẽtibus, quintus eorũ germanus nomine Lupichis, qui noster postea ꝓau⁹ extitit: inspirãte sibi (vt credimus) misericordię auctore/captiuitatis iugũ abiicere statuit: & ad Italiã quo gentem Langobardorũ residere meminerat/tendere: atq ad libertatis iura studuit repedare. Qui cum aggressus fugã arripuisset, faretram tm̃ & arcũ, & aliquantulũ cibi ꝓpter viaticũ gerens: nesciretq oĩno quo pergeret, ei lupus aduenięs, comes itineris & ductor effectus est. Qui cũ ante eum pergeret/& frequẽter post se respiceret, & cum stante subsisteret, atq cũ pergente pręiret, intellexit sibi eũ diuinitus datum esse vt ei iter quod nesciebat/ostenderet. Cũ per aliquot dies per montiũ solitudines hoc modo pergerẽt, panis eidem viatori quẽ exiguũ habuerat/oĩno defecit. Qui cum ieiunans iter carperet/etiã fame tabefactus defecisset/tetendit arcũ suũ, & eundem lupum vt eum in cibũ sumere possit, sagitta interficere voluit: sed lup⁹ isdem ictum ferientis præcauens/ab eius visione elapsus est. Ipse aũt recedente eodẽ lupo/nesciens quo pergeret/insuper famis penuria nimiũ debilis effectus, cũ iam de vita desperaret/sese in terrã ꝓiiciens/obdormiuit: viditq quendam virũ in somnis talia sibi verba dicentẽ. Surge qui dormis: arripe viã in hanc partẽ contra quam pedes tenes: illic eteni est Italia ad quã tẽdis. Qui stati surgẽs, in illã quã in somnis audierat/pergere cœpit: nec mora ad habitaculum hoĩm peruenit: erat.n Sclauorũ habitatio in illis locis. Quem cũ vna mulier iam vetula vidisset, statim intellexit eũ fugitiuũ esse, & famis penuria laborare. Ducta aũt misericordia super eũ/abscõdit eũ in domo sua: & secreto paulatim ei victum ministrauit & potũ: ne si ei vsq ad saturitatem alimonium præberet, eius vitam funditus extingueret. Deniq sic cõpetenter ei pastum præbuit/qusq ipse recuperatus vires accipere potuisset. Cũq eũ iam validum ad iter faciendũ vidisset, datis ei cibariis ad quã partem tendere deberet/ammonuit. Qui post aliquot dies Italiam ingressus, ad domum in qua ortus fuerat/peruenit. Quæ ita deserta erat, vt non solum tectum nõ haberet/sed etiã

[Margin: als Lupichis als auus]

[Margin: Lupichis]

[Margin: famis als panis]

rubis & sentib⁹ plena esset. Quibus ille succisis/inter eosdem parietes vastã hornũ reperiens in ea suã faretrã suspendit. Qui postq̃ consanguineorũ & amicorũ suorum muneribus dotatus, & domũ reędificauit, & vxorẽ duxit: sed nihil de rebus quas genitor suus habuerat, exclusus iam ab his qui eas inuaserãt/longa & diuturna possessione conquirere potuit. Iste vt iam superius praemisi, extitit meus ꝓau⁹.

aľs ditatus

Arichis Hic etenim genuit auũ meum Arichis. Arichis vero genuit patrẽ meum Vuarnefrid. Vuarnefrid aũt ex Theudelinda coniuge genuit me Paulũ: meũq̃ germanũ Arichis, q nostrũ auũ cognomine rettulit. Hęc paucis de ꝓpriae genealogiae serie delibatis, nunc generalis historiae reuertamur ad tramitẽ.

Vuarnefrid Paulus haec. forte His

Caput. XXXIX.

MOrtuo vt diximus Gisulfo duce Foroiuliensi, Taso & Cacco filij eius eundẽ ducatũ regẽdum susceperũt. Hi suo tpe Sclauorũ regionẽ quę Zellia appellatur, vsq̃ ad locũ qui Medaria dicit̃/possederũt. Vñ vsq̃ ad tpa Ratchis ducis iidẽ Sclaui pensionẽ Foroiulianis ducibus persoluerũt. Hos duos fratres Gregori⁹ patricius Romanorũ in ciuitate Opitergio dolosa fraude peremit. Nã ꝓmittens Tasoni vt ei barbã sicut moris est, ĩcideret, eũq̃ sibi filiũ faceret: ipse Taso cũ Caccõe germano suo ac delectis iuuenib⁹ ad eundẽ Gregoriũ nihil mali metuẽs/aduenit: Qui mox cũ Opitergiũ cũ suis esset igressus/statĩ isdẽ patrici⁹ ciuitatis portas claudi praecepit: & armatos milites super Tasonẽ eiusq̃ sotios misit. Quod Taso cum suis cõperiens/audacter se ad praeliũ pręparauit: vltimũq̃ sibi data pace valedicentes per singulas ciuitatis plateas huc illucq̃ dispersi, quoscũq̃ habere poterant trucidantes, cũ magnã stragẽ de Romanis fecissent/ad extremũ etiã ipsi perẽpti sunt. Gregorius vero patricius ꝓpter iusiurandũ quod dederat, caput Tasonis sibi deferri iubens, eius barbam sicut ꝓmiserat periurus abscidit.

Zellia

Medaria Ratchis aľs Ratkisi

Gregorius patricius.

Caput. XL.

HIs ita peremptis/dux Foroiuliani Grasulfus/Gisulfi germanus constituit̃. Radoald vero & Grimoald despectui ducentes sub patrui sui Grasulfi potestate degere, cũ essent iam ꝓpe iuuenilem ętatẽ/ascensa nauicula remigantes ad Beneuenti fines perueniũt: & exinde ad Arichis Beneuentanorũ ducẽ suũ quondam pedagogũ ꝓperantes/ab eo gratissime suscepti, & filiorũ loco sunt habiti. His tpib⁹ mortuo Tassilone duce Baioariorũ, filius eius Garibaldus in agunto a Sclauis deuictus est: & Baioariorũ termini depraedant̃. Resumptis tñ Baioarij virib⁹, & prędas ab hostibus excutiũt/& hostes de suis finibus pepulerũt.

Grasulfus. Radoald Grimoald

Caput. XLI.

REx vero Agilulfus pacẽ cum Imperatore in annũ vnum, itemq̃ in alterũ faciẽs cũ Francis quoq̃ iterato pacis concordiã renouauit. Hoc nihilominus anno Sclaui Histriã interfectis militibus lachrymabiliter depraedati sunt. Sequẽti quoq̃ mensẽ Marcio defunctus est apud Tridentũ Secundus seruus Christi, de quo sępe iã diximus. q vsq̃ ad sua tpa succinctam de Langobardorũ gestis cõposuit historiolã. Eo tpe rex Agilulfus cũ imperatore iterato pacem cõposuit. Occisus quoq̃ est his diebus Theodepertus rex Francorũ: & facta est pugna grauissima inter eos. Gundiuald etiã germanus Theudelindae reginę, qui erat dux in ciuitate Astensi, nemine sciẽte auctorẽ mortis ipsius, hoc ipso in tẽpore sagitta ictus interijt.

Cap. XLII.

IGit̃ Agilulfus rex, q & Ago appellatus est, postq̃. xxv. annos regnauerat/diem clausit extremũ: relicto in regno filio suo Adaloald admodũ puero cũ Theudelinda matre. Sub his ecclesiae restauratae sunt: & multę dationes per loca venerabi-

lii largitę. Sed cũ Adoloald euersa mente insaniret, postq̃ cũ matre decẽ regnauerat annis, de regno eiectus est: & a Langobardis in ei⁹ loco Arioald substitut⁹ est De cui⁹ regis gestis ad nr̃am noticiã aliqd minime puenit. Circa hęc tpa beat⁹ Columbanus ex Scotorũ genere oriundus, postq̃ in Gallia in loco q Luxouiũ dicit̃, monasteriũ construxerat: in Italiã veniens, a Langobardorũ rege gratãter except⁹ est: cœnobiũq; quod Bobiũ appellat̃/in alpibus Coccijs ędificauit: quod .xl. milibus ab vrbe diuidit̃ Ticinẽsi: q̃ in loco & multę possessiões a singulis principibus siue Langobardis largitę sunt: & magna ibi facta est congregatio monachorum.

Arioald
Columbanus
Bobiũ

IGitur Arioald postq̃ super Langobardis duodecim annis regnũ tenuit/ab hac luce subtractus est. Langobardorũ regnũ Rothari genere Arodus regendũ suscepit. Fuit aũt virib⁹ fortis, & iustitiæ tramitẽ sequens: sed tñ fidei christianę nõ rectam lineã tenens, Arrianæ hæreseos perfidia maculatus est. Siqdẽ Arriani minorẽ patri filiũ, spiritũ quoq; sanctum minorẽ patri & filio ad suã perniciẽ dicũt. Nos aũt catholici patrẽ & filiũ & spiritũsanctum in tribus psonis vnum & verũ deum ęquali potẽtia, eadẽq; gloria cõfitemur. Huius tpibus pene per oẽs ciuitates regni eius duo episcopi erãt: vnus Catholicus, & alter Arrian⁹. In ciuitate q̃q; Ticinẽsi vsq; nunc ostendit̃, vbi Arrianus epũs apud basilicã sancti Eusebij residens baptisteriũ habuit, cũ tñ ecclesię catholicę alius eps pręsideret: qui tñ Arrianus eps q in eadẽ ciuitate fuit Anastasius noĩe ad fidem catholicã conuersus/christi postea ecclesiã rexit. Hic Rothari rex Langobardorum, leges quas sola memoria & vsu retinebãt, scriptorũ serie cõposuit: codicẽq; ipsum edictum appellari præcepit. Erat aũt iam ex quo Langobardi in Italiã venerant ann⁹ .lxxvij. sicut idem rex in sui edicti testatus est ꝓlogo. Caput. XLIII.

Rothari
Lex Langobardica
Edictum

AD hunc regẽ Arichis dux Beneuẽti filiũ suũ Aionẽ direxit. Qui cũ Rauennam venisset, Ticinũ pgẽs, ibi ei Romanorũ malitia talis potio data est quę eũ mente excedere faceret: atq; ex eo tpe nunq̃ pleni/saniq; sensus fuit Caput. XLIIII.

Arichis
Aio

IGit̃ cũ dux Arichis huius de quo diximus pater iã maturus annis ad diẽ vltimũ ꝓpinquasset, sciẽs filiũ suũ Aionẽ nõ recti esse sensus, Radoaldũ & Grimoaldũ iam florẽ iuuentutis habentes, quasi ꝓprios filios Langobardis q aderãt cõmendauit: eisq; dixit, q̃ melius eos regere isti/q̃ Aio suus filius possit. Caput. XLV.

Radoaldus.
Grimoaldus

DEfuncto ergo Arichis q ducatũ quinquaginta tenuerat annis, Aio eius filius Samnitũ ductor effectus est. Cui tñ Raduald & Grimoald sicut seniori fratri & dño per oĩa paruerũt. Qui Aio cũ iam annũ & mensibus qnq; Beneuẽtanũ ducatũ regeret, veniẽtes Sclaui cũ multitudine nauiũ nõ longe a ciuitate Sipõto castra posuerũt. Qui occultas foueas circa castra faciẽtes, cũ Aio sup eos absentib⁹ Radoald & Grimoald venisset, eosq; debellare vellet/equus eius in vnã de eisdẽ foueis cecidit: atq; irruentibus super eũ Sclauis simul cũ aliquãtis alijs extinct⁹ est. Quod cũ Radoald nunciatũ fuisset, cito veniẽs, eisdem Sclauis ꝓpria illorũ lingua locut⁹ est. Cumq; eos ꝓpter hoc segniores ad bellũ reddidisset, mox super eos irruens, magnaq; eos strage ꝓsternẽs: & Aionis mortẽ vltus est, & de illis finibus eos qui remanserant hostes fugam petere coegit. Cap. XLVI.

IGit̃ Rothari rex Rex Romanorũ ciuitates ab vrbe Tuscię Lunẽsi vniuersas quæ in littore maris sitę sunt vsq; ad Francorũ fines cœpit. Opitergiũ q̃q; ciuitatẽ in- Caput. XLVII.

Rothari

image
not
available

nit. Quæ ab Imperatore honorifice suscepta, post aliquot dies, vt desiderabat, baptismũ consecuta, & ab Augusta de sacro fonte leuata est: quod vir eius rex Persarum audiens, legatos Cõstãtinopolim ad Augustũ direxit, quatenus eidem suã redderet vxorẽ. Qui ad imperatorẽ veniẽtes, verba regis Persarũ nunciant: qui suã requirebat reginã. Imperator hæc audiens, rẽq; oĩno ignorans, eis responsum reddidit/ dicẽs. De regina quã quæritis, fatemur nos nihil scire, præter quod ad nos hic aliqua mulier priuato habitu aduenit. Legati vero respõderunt/ dicẽtes. Si placet vestro conspectui, velimus hanc quã dicitis mulierẽ videre. Quę cũ iussu imperatoris aduenisset, mox vt eam legati conspiciũt, ad ei⁹ vestigia ꝓuoluunt: eiq; venerabiliter/ quia eã suus vir requireret/ suggerũt. Quibus illa respondit. Ite renũciate regi vestro & dño, quia nisi sicut ego iã credidi, ita & ipse in Christũ crediderit me iã vltra consortẽ thori habere nõ poterit. Quid multa? Reuersi legati ad patriã vniuersa quæ audierãt suo regi nunciãt. Qui nihil moratus, cũ sexaginta milib⁹ viris Cõstãtinopolim pacifice ad Impatorẽ venit: a quo gratãter & satis digne susceptus est. Qui cũ vniuersis christũ dñm credens, pariter cũ oĩbus sacri baptismatis vnda perfusus, & ab Augusto de fonte leuatus, catholica fide confirmatus est; multisq; muneribus ab Augusto honoratus: accepta sua coniuge/ lętus & gaudẽs ad suã patriam repedauit. Circa hęc tpa mortuo apud Forũiuli Grasulfo duce, Foroiulẽsem ducatũ Ago regẽdum suscepit. Apud Spoletũ q̃q; Theudelapo defuncto, Atto eidem ciuitati ductor efficit. Grasulfus Ago Theudelapus Atto

Caput. LIII.

IGit Aripert postq; apud Ticinũ per annos nouẽ Lãgobardos rexerat, diẽ obiens, regnũ duobus filiis suis adhuc adolescẽtibus Berthari & Godeperto regendũ reliqt. Et Godepert qdẽ Ticini sedẽ regni habuit. Berthari vero in ciuitate Mediolanensi. Inter q̃s fratres faciẽtibus malignis hoĩbus/ discordię & odiorũ fomes surrexit: in tantũ vt alter alterius regnũ inuadere conaret. Qua de re Godept⁹ Garibaldum Thaurinatiũ ducẽ ad Grimuald Beneuentanorũ strẽnuũ tunc ductorẽ direxit: inuitans eũ/ vt quãtotius veniret, & sibi aduersus germanũ suũ Bertarit auxiliũ ferret: regis filiã suam germanã ei se daturũ ꝓmittens. Sed legatus ipse fraudulenter contra suũ dñm agens, Grimoaldum exhortatus est vt veniret: & Langobardorũ regnũ quod adolescẽtes germani dissipabant/ ipse arriperet: qui ętate maturus, consilio ꝓuidus, & viribus fortis existeret. Grimoald hęc audiens, mox animum ad regnũ Langobardorũ obtinẽdum erexit. Ordinatoq; apud Beneuentũ Romualdo suo filio duce, ipse cũ electa manu Ticinũ ꝓfecturus iter arripuit: ac ꝑ oẽs ciuitates quas obuiã habuit, sibi amicos & adiutores ad regnũ percipiẽdũ adsciuit. Trasemundum vero comitẽ Capuanũ per Spoletũ & Tusciã direxit: vt per eas regiones Langobardos suo cõsortio coaptaret. Qui imperata sibi strẽnue perficiens, ei cũ multis adiutoribus apud Aemiliã in itinere occurrit. Igiẽ Grimoald cũ ꝓpe Placentiã cũ robusta virorũ multitudine aduenisset, Garibaldũ qui legat⁹ ad eũ missus a Godeperto fuerat Ticinũ pręmisit vt eidem Godeperto de suo aduentu nunciaret. Qui ad Godepertũ veniens, Grimoaldum citius aduẽtare dixit. Cũq; Godepert ab eo quęreret, quo in loco eidem Grimoald hospitiũ parare deberet, Garibaldus ita respondit. Quod dignũ esset vt Grimoaldus qui ꝓ eius causa venerat, eiusq; sororẽ accepturus esset, hospitiũ inter suũ palatiũ haberet. Quod

Aripert Berthari Godepert Garibaldus Grimoald. Trasemũdus as[s]intra

image
not
available

image
not
available


Onfirmato itaq; Grimoald regno apud Ticinum, non multo post tempore iamdudum pactam sibi Ariperti regis filiã, cuius germanũ Godipertũ extinxerat, duxit vxorẽ. Beneuentorũ vero exercitũ, cuius auxilio regnũ adeptus erat, multis donatũ muneribus/remisit ad propria. Aliquãtos tamen ex eis secũ habitaturos retinuit: largissimas eis tribuẽs possessiones. Caput.II.

QVi postq; comperit Bertarit ꝓfugum Scithiã appetisse: & apud Cacanũ demorari, eidem Cacano Auarũ regi per legatos mãdauit vt si Bertarit in suo regno detineret, cũ Langobardis, & secũ pacem quã hactenus habuerat/deinceps habere nõ possit. Hæc Auarũ rex audiens, adscito Bertarit, dixit ei vt in quam partem vellet/ pergeret: ne ꝓpter eũ Auares cũ Langobardis inimicitias contraheret. Bertarit vero hæc audiens, Italiã ad Grimoaldũ reuersurus repetijt: audierat enim eum clementissimũ esse. Igitur cum ad Laudensem ciuitatem venisset, misit ante se ad Grimoaldum regem Vnulfum sibi fidelissimũ virum qui suũ ei aduentũ nunciaret. Vnulfus vero ad regẽ veniens, Bertarit in eius fidem aduentare nunciauit. Hęc ille audiens, fidenter ꝓmisit in sua eum fide venientẽ/nihil mali passurũ fore. Intra hæc Bertarit adueniens ad Grimoaldũ ingressus, cũ eius se vestigijs aduoluere conatus esset, rex eũ clemẽter retinuit: atq; ad suũ osculũ erexit. Ad quẽ Bertarit seruus tuus sum inqt: sciens te christianissimũ & piũ esse, cũ possem inter paganos viuere, fretus de tua clemẽtia, ad tua vestigia veni. Cui rex vt solebat, iureiurãdo ita repromisit/ dicẽs. Per eũ q me nasci fecit, postq; in meã fidẽ ad me venisti/nihil in aliq mali patieris: sed ita de te ordinabo/vt decẽter viuere possis. Tũc ei in spaciosa domo hospitiũ prębens, eum post vię laborem habere requiem iussit: præcipiens eidem ex publico sumptu victum: & quæq; essent necessaria/largius ministrari. Bertarit vero cum ad hospitium sibi a rege pręparatum venisset, mox ad eum Ticinẽsium ciuium cœperunt turmæ concurrere: vt eum vel viderent, vel pristina noticia salutarent. Verum quid non mala lingua irrumpere potest? Mox namq; veniẽtes ad regem quidam maligni adulatores, regi denunciant: qui nisi Bertarit citius vita priuaret, ipse regnum cum vita protinus perderet: asseuerantes ob hoc ad eũ totam cõcurrere ciuitatẽ. His auditis Grimoald nimiũ credulus effectus: & quod ꝓmiserat oblitus/in innocentis Bertarit statim necẽ accendit: consiliumq; inijt qualiter eum (quia iam hora tardior erat) in crastino vita priuaret. Cui deniq; ad vesperam diuersos cibos, vina quoq; præcipua, variaq; potionũ genera trãsmisit, vt eũ inebriare possit: quatenus multa eadem nocte potatione resolutus/vinoq; sepultus, de sua nihil salute cogitare valeret. Tunc vnus q de eius patris obsequio fuerat, cũ eidem Bertarit ferculum regiũ attulissent, quasi eũ salutaturus, sub mensa caput mittens, eidẽ secrete, quia rex eum occidere disponeret/nunciauit. Bertarit vero statim suo pincernę pręcepit/vt sibi in fiala argentea nõ aliud q̃ aliquãtulum aquę ꝓpinaret. Cũq; hi qui diuersi generis potiones ei a rege deferebãt, de verbo regis eũ rogarẽt, vt totã fialã biberet: ille in honorẽ regis se totã bibere ꝓmittẽs, parũ liba-

Cacanus
Bertarit
Vnulfus

bat aquæ de argẽteo calice. Qui ministri dũ hæc regi nunciarent ꝙ ille auidissime biberet: rex lętus respõdit. Bibat ebriosus ille: cras. n. pariter eadem vina mixta cum sanguine refundet. Bertarit vero Vnulfum citiꝰ ad se adscitũ de sua morte ei regis cõsiliũ nunciauit. Qui statim ad domũ suã puerũ misit vt sibi lectisternia deferret: lectũq; sibi iuxta stratũ Bertarit fieri pręcepit. Nec mora rex Grimoald suos satellites direxit, q domũ in qua Bertarit quiescebat, ne aliquo modo effugere possit, custodire deberent. Cũq; cœna finita esset: & egressis oĩbus/Bertarit tm̃ & Vnulfus ac vestiariꝰ Bertarit remãsissent, qui vtiq; eidẽ satis erãt fideles, cõsiliũ ei aperiũt: & obsecrant eũ vt cũ Bertarit fugeret: ipse eũ ꝗdiu posset/intra idem cubiculũ quiescere simularet. Cũq; se ille hoc facturũ spopondisset, Vnulfus pannos suos lectaricios, & culcitrã, vrsinãq; pellem supra ceruicẽ ac dorsum Bertarit imposuit: eũq; ex consilio quasi rusticanũ seruũ extra ianuã impellere cœpit. Multasq; ei iniurias faciẽs, fuste eũ insuper pcutere, desup & vrgere nõ cessauit: ita vt ĩpulsus atq; ictus sępius ad terrã corrueret. Cũq; eundem Vnulfum regij satellites qui ad custodiã positi erant, regrerent quid hoc esset, seruus iste inquit nequã, lectum mihi in cubiculo ebriosi istius Bertarit statuit: qui in tantũ vino plenus est/vt quasi mortuus ita cubet. Sed satis est ꝙ eius nunc vsq; amentiam secutus sum: iam deinceps in vita dñi regis in domo ꝓpria manebo. Hæc illi audientes, & vera quæ audierant esse credentes, lęti effecti sunt: & eũ, pariterq; Bertarit quẽ putabant seruũ: & qui opertum ne agnosceret̃ habebat caput, locũ illi dantes, abire permiserũt. Illis aũt abeuntibus, vestiarius ille fidelissimus, obserato diligẽter hostio, remansit intrinsecus solus. Vnulfus vero Bertarit de muro anguli, qui est a parte Ticini fluminis, per funẽ deposuit: eiq; quos potuit/sotios coniunxit. Qui arreptis quos in pastu inuenerant equis, eadem nocte ad Astensem ꝓperant ciuitatẽ: in qua Bertarit amici manebant: & q adhuc Grimoaldo rebelles extabant: deinde quãtotius Bertarit Thaurinensem vrbem petens, ac post claustra Italiæ transgressus, Frãcorũ ad patriã peruenit. Sicq; deus oĩpotẽs dispositione misericordi & innocentẽ a morte eripuit: & regem ex animo bona facere cupientẽ ab offensione seruauit. Caput. III

AT vero rex Grimoald dũ Bertarit in hospitio suo esse putaret, ab eodẽ hospitio vsq; ad palatiũ suũ acies hoĩm hinc & inde adstare fecit, vt p eorũ mediũ Bertarit deduceret, quatenꝰ effugere minime possit. Cũq; a rege missi venissent, q Bertarit ad palatiũ euocarẽt, & ad hostiũ pulsassent, vestiariꝰ ille qui introrsus erat rogabat eos/dicens. Misericordiã cũ eo facite: eumq; paululum qescere finite: quia adhuc de itinere lassus/grauissimo somno deprimit̃. Quod cũ illi acqeuissent, hoc ipsum regi nunciauerũt: quia adhuc Bertarit graui somno quiesceret. Tunc ille, sic inquit, hesterno sero se vino adeo oppleuit, vt adhuc euigilare nõ possit. Quibus tñ præcepit vt mox eũ excitatũ ad palatiũ deducerẽt: q venientes ad ianuã cubiculi in quo Bertarit sperabant quiescere, cœperunt acrius pulsare. Tunc vestiarius ille rursum eos rogare cœpit/vt quasi eundem Bertarit aliquãtulũ adhuc dormire pmitterent. Qui irati vociferantes, iam satis ebriosum illum quieuisse: mox calcibus eiusdẽ cubiculi hostium confringũt. Ingressiq;, Bertarit in lectulo requirunt. Quẽ cum non inuenissent, ad requisita eum naturæ residere suspicati sunt. Quem cum nec ibi repperissent, vestiarium illum interrogant, quid de Bertarit factum fuisset

Quibus ille fugisse eū respondit. Quē statim capillis apprehēsum furētes, eūq; ver
...ars Perchtrici. berantes ad palatiū pertrahunt: eūq; in præsentiā regis perducentes, fugę Bertarit
hunc esse consciū: ideoq; morte dignissimū dicunt. Quē rex dimitti præcepit: eūq;
per ordinē qualiter Bertarit effugisset/ inquisiuit. Ille regi vniuersa sicut acta fuerant
rettulit. Tunc rex a circūstantibus requisiuit/ dicēs. Quid vobis de homine isto vi-
det: qui talia perpetrauit. Tunc oēs vna voce responderūt esse eū dignū multis sup
plicijs, excruciatum interire. At rex. Per eū q me nasci fecit inquit, dign⁹ est homo
iste bene haberi, qui pro fide dñi sui morti se tradere nō recusauit: eūq; mox inter
suos vestiarios esse pręcepit: ammonens eum vt sibi eandem fidem quam Bertarit
habuerat/ seruaret, multa se ei cōmoda largiturū ꝓmittens. Cumq; rex requireret
quid de Vnulfo factum fuisset, nunciatū est ei ꝙ in beati archāgeli Michaelis ba-
silicā confugiū fecisset. Qui mox ad eū misit: sponte ꝓmittens ꝙ nihil pateret ma-
li, tm̄ vt in suā fidē veniret. Vnulfus vero talem regis ꝓmissionē audiens, mox ad
palatiū venit: atq; ad regis vestigia ꝓuolutus, interrogatus ab eo est, quō aut qua
liter Bertarit euadere potuisset. At ille cū ei cuncta ex ordine retulisset, rex eius fidē
& prudentiā collaudans, oēs eius facultates, & quicqd habere poterat/ eidē clemē-

CVmq; post aliquod tp̄s rex Vnulfum inquireret (ter concessit. Cap. IIII.
vtrū vellet ipsis diebus cū Bertarit esse: ille iureiurādo ait, prius se velle cū Ber
tarit mori/ ꝙ vsq; alibi in summis delitijs viuere. Tūc rex etiā vestiariū illū requi-
siuit dicens, vtrū melius ei esset secū in palatio manere, an cū Bertarit in peregrina-
tione degere. Qui cū ei similia sicut & Vnulfus respondisset: rex eorū verba beni-
gne suscipiens: eorūq; fidem collaudans, pręcepit Vnulfo, vt ꝗcquid vellet, de do
mo sua tolleret: pueros scilicet & equos, & diuersam suppellectilem, & ad Bertarit
illesus ꝓperaret. Pari etiā modo & illum vestiariū absoluit. Qui omnia sua scd'm
benignitatē regis sufficienter tollentes, cum eiusdem regis adiutorio Francorū in
patriam ad suū dilectum Bertarit sunt ꝓfecti. Caput. V.

HAc tempestate Francorū exercitus de ꝓuincia egrediens, in Italiam introiuit.
Contra ꝗs Grimoald cū Langobardis ꝓgressus, hac eos arte decepit. Fugere
quippe se eorū impetū simulans. castra sua simul cū tentorijs, & diuersis pariter re
ferta bonis, præcipueq; vini optimi copia hoībus oīno vacua reliquit. Quo dum
Francorū acies aduenissent, existimantes Grimoaldū cū Langobardis pauore de-
territos, castra integra reliqsse: mox lęti effecti, certati cuncta inuadūt: cœnāq; afflu
entissimā instruunt. Qui dū diuersis epulis, multoq; degrauati vino somnoq; ge-
uissent. Grimoald super eos post noctis mediū irruens, tanta eos cęde ꝓstrauit, vt
vix pauci ex eis elapsi, patriā valuerint repedare. Qui loc⁹ vbi hoc gestū est pręliū,
Francorū vsq; hodie riuus appellat: nec longe distat ab Astēsis ciuitatis mœnib⁹.

Constantinus Cæs. HIs diebus Constātinus August⁹, q & Cōstans est appellat⁹, Italiā Cap. VI.
a Langobardorū manu eruere cupiens. Constantinopolim egressus per lit-
toralia iter agens, Athenas venit: indeq; mare transgressus, Tarentū applicuit. Qui
tn̄ prius ad solitariū quendam qui ꝓphetię spiritū habere dicebat/ adijt: studiose
ab eo sciscitans, vtrū gentē Langobardorū quæ in Italia habitabat, supare & obti-
nere possit. A ꝗ cū seru⁹ dei spatiū vni⁹ noctis expetisset, vt ꝓ hoc ipso dño suppli
caret, facto mane, ita eidē Augusto respōdit. Gēs Lāgobardorū supari mō ab aliꝗ

non põt: quia regina quædã eorũ alia ꝓuincia veniens, basilicã beati Ioãnis baptistę in Langobardorũ finibus construxit: & ꝓpter hæc ipse beatus Ioãnes ꝓ Langobardorũ gente continue intercedit. Veniet aũt tempus qñ ipsum oraculũ habebit despectui: & tunc gens ipsa peribit. Quod nos ita factum esse ꝓbauimus: qui ante Langobardorũ perditionẽ eandem beati Ioãnis basilicã, quæ vtiq; in loco q Modicia dicit̃ est cõstituta, p viles personas ordinari cõspeximꝰ: ita vt indignis & adulteris nõ ꝓ vitę merito / sed p̃miorũ datiõe isdẽ locꝰ venerabilis largiret̃. VII.

IGit̃ vt diximus, cũ Constans Augustus Tarentũ venisset, egressus exinde Beneuentanorũ fines inuasit: omnesq; pene per quas venerat / Langobardorũ ciuitates cœpit. Luceriam q̃q; opulentã Apuliæ ciuitatẽ expugnatã fortius inuadẽs / diruit: & ad solum vsq; ꝓstrauit. Arentiam sane ꝓpter munitissimã loci positionẽ capere minime potuit. Deinde cũ omni suo exercitu Beneuentũ circũdedit: & eã vehementer expugnare cœpit. Vbi tunc Rumoald Grimoaldi filius adhuc iuuenculus ducatũ tenebat. Qui statim vt imperatoris aduentũ cognouit, nutriciũ suũ nomine Sesuualdũ ad patrẽ Grimoaldũ transpadum direxit: obsecrans vt quantotius veniret: filioq; suo ac Beneuentanis quos ipse nutrierat / potẽter succurreret. Quod Grimoald rex audiens, statim cũ exercitu filio laturus auxiliũ / Beneuentũ pergere cœpit. Quẽ plures ex Langobardis in itinere relinquẽtes, ad ꝓpria remearũt dicẽtes, quia expoliasset palatiũ: & iam nõ reuersurus repeteret Beneuentũ. Interim Imperatoris exercitus Beneuentũ diuersis machinis vehemẽter expugnabat. Ecõtra Rumoald cũ Langobardis fortiter resistebat. Qui q̃uis cũ tanta multitudine congredi manu ad manũ ꝓpter paucitatẽ exercitus non auderet / frequenter tñ cum expeditis iuuenibus hostiũ castra irrumpens / magnas eisdem inferebat vndiq; clades. Cumq; Grimoald eius pater iam iãq; ꝓperaret, eundẽ nutritiũ eius de quo præmisimus ad filiũ misit qui ei suum aduentũ nunciaret. Qui cũ ꝓpe Beneuentũ venisset, a Græcis captus, imperatori delatus est. Qui ab eo vnde aduenirct requirẽs ille se a Grimoaldo rege venire dixit: eundemq; regem citius aduẽtare nũciauit: statimq; imperator exterritus / cõsiliũ cum suis init quatenꝰ cum Rumoaldo pacisceretur, vt Neapolim possit reuerti. Caput. VIII.

Arentia. — als Romoald — als Sesoaldũ vel Sesbald

ACceptaq; obside Rumoaldi sorore cui nomen Gisa fuit, cũ eodem pacẽ fecit. Eius vero nutriciũ Sesuualdũ ad muros duci p̃cepit: mortẽ eidem minatus si aliq̃d Rumoaldo aut ciuibus de Grimoaldi aduẽtu nunciaret: sed potiꝰ asseuraret eundẽ venire minime posse. Qđ ille ita se facturũ vt ei p̃cipiebat̃ / ꝓmisit. Sed cũ ꝓpe muros aduenisset: velle se Rumoaldũ videre dixit. Quo cũ Rumoald citiꝰ aduenisset, sic ad eũ locutus est. Cõstans esto dñe Rumoald, & habẽs fiduciã, noli turbari: quia tuus genitor citius tibi auxiliũ prebiturꝰ aderit. Nã scias eũ hac nocte iuxta Sangrũ fluuiũ cu valido exercitu manere. Tantũ obsecro vt misericordiã exhibeas cũ mea vxore, & filijs: quia gẽs ista perfida me viuere nõ sinet. Cumq; hoc dixisset, iussu imperatoris caput eius abscisum: atq; cũ belli machina quã petrariam vocant, in vrbem ꝓiectum est. Qđ caput Rumoald sibi deferri iussit: idq; lachrymans osculatus est: dignoq; in loculo tumulari præcepit. Caput. IX.

Gisa

MEtuẽs igit̃ Impator subito Grimoaldi regis aduentũ, dimissa Beneuẽti obsidiõe, Neapolim ꝓficiscit̃. Cuiꝰ tñ exercitũ Micola Capuanꝰ comes iuxta fluenta Calbris fluminis in loco q vsq; hodie pugna dicit̃, vehemẽter attriuit. C. X.

als miles: als Calor

image
not
available

image
not
available

tium cōponēs, cū exercitus partē exiguā haberet, eosdē ipsos quos habebat/ diuerso habitu, varijsq; instructos armis ante oculos legatorū per dies aliquot quasi nouus iugiter exercitus aduentaret, frequēter transire fecit. Auarū vero legati dū eundem ipsum exercitū alijs & alijs modis præterire conspiciūt: immēsam Langobardorū multitudinē esse crediderūt. Quibus Grimuald ita dixit. Cū omni hac quā vidistis exercitus multitudine statim super Cacanū irruam, & Auares: nisi de Foroiulanorū finibus velociter exierint. His visis & auditis/ legati Auarū cū hæc suo regi nunciassent, mox cū omni suo exercitu ad ppriū reuersus est regnū. C.XXII

Vuarnefrid. DEnicq; Lupo hoc modo vt præmisimus interempto/ Vuarnefrid eius fili⁹ voluit in loco patris apud Foriiuli obtinere ducatū: sed metuens Grimualdi vires, fugit ad Sclauorū gentem in Carnuntū, quod corrupte vocitarūt Carantanū. Qui postea cū Sclauis adueniēs/ quasi ducatum eorū viribus resumpturus, apud Nemas castrū, quod nō longe a Foroiuli distat, irruētib⁹ sup se Foroiulanis, extinctus est. Ca.XXIII

Camunrum Carantanum.

Vuectari DEinde ordinatus est apud Foriiuli dux Vuectari, q fuit oriundus de Vincētina ciuitate, vir benignus, & populū suauiter regens. Hunc cū audisset Sclauorū gens Ticinū ad regē pfectum esse, congregata valida multitudine/ voluerūt super Foroiulanū castrum irruere: & veniētes/ castra metati sunt in loco q Broxas dicit, nō longe a Foroiuli. Scd'm diuinā aūt dispositionē contigit vt dux Vuectari superiori vespere a Ticino reuerteret/ nescientibus Sclauis. Cui⁹ comites cū ad ppria (vt assolet fieri) remeassent, ipse hoc nunciū de Sclauis audiens, cū paucis viris, hoc est .xxv. cōtra eos pgressus est. Quē Sclaui cū tam paucis venire cōspicientes, irriserūt dicentes, Patriarchā contra se cū clericis aduētare. Qui cū ad pontem Natisionis fluminis qui ibidē est, vbi Sclaui residebant propinquasset, cassidem sibi de capite auferens, vultū suum Sclauis ostendit: erat enim caluo capite. Quē dum Sclaui, quia ipse esset Vuectari cognouissent, mox pturbati Vuectari adesse clamitant: deocq; eos exterrente, plus de fuga/ q̄ de prælio cogitant. Tunc super eos Vuectari cū paucis quos habebat irruens, tanta eos strage pstrauit/ vt ex qncq; milibus viris vix pauci qui euaderēt/ remanerēt. C.XXIIII.

Broxas

Vuectari Landheri POsthunc Vuectari Landheri apud Foriiuli ducatum tenuit: quo defuncto, ei Radoald in ducatu successit. Caput. XXV.

Lupus. fis Dietradā Romoaldus Grimoaldus Gisulfus Arichis MOrtuo igit vt dixeramus Lupo duce, Grimoaldus rex filiā eius noie Theaderadā suo filio Romoaldo, q Beneuentū regebat, in matrimoniū tradidit: ex q̄ ille tres filios: hoc est Grimoaldū, Gisulfū, necnō & Arichis genuit. C.XXVI

REx quocq; Grimoald de omnibus illis qui eum quando Beneuētum pfectus fuerat deseruerunt, suas iniurias vltus est. Caput. XXVII.

SEd & Forū populi Romanorū ciuitatē, cuius ciues eidem aduersa quędam intulerant, Beneuentū pficiscenti, missosq; illius euntes & redeuntes a Beneuēto sępius leserant, hoc modo eos deleuit. Quadragesimorū tempore per alpem Bardonis Tusciā ingressus, nescientibus oīno Romanis, in ipso sacratissimo sabbato paschali super eandem ciuitatem ea hora qua baptismū fiebat, inopinate irruit: tantamcq; occisorū stragem fecit/ vt etiam diacones ipsos qui infantulos baptizabant, in ipso sacro fonte perimeret. Sicq; eandem vrbem deiecit/ vt vsq; hodie paucissimi in ea commaneant habitatores. Caput. XXVIII.

Alpes Bardonis

ERat q̄dē Grimoaldo cōtra Romanos nō mediocre odiū: ꝓ eo ꝙ eius q̊ſdam germanos Taſonē & Caconē in ſua fide decepiſſent. Quā ob cauſam Opitergium ciuitatem vbi ipſi extincti ſunt/funditus deſtruxit: eorūq; qui ibi aderāt fines Foroiulanis, Taruiſianiſq;, & Cenetenſibus diuiſit. Caput. XXIX.

Taſo
Caco
Opitergiū
al's Cenēſibus
Alzeco

PEr hęc tēpora Bulgarū dux Alzeco noīe, incertū quam ob cauſam, a ſua gente digreſſus, Italiā pacifice introiens, cū omni ſui ducatus exercitu ad regem Grimuald venit: ei ſe ſeruiturū, atq; in eius patria habitaturū ꝓmittens: quē ille ad Romoaldum filiū ſuum Beneuentū dirigens, vt ei cū ſuo populo loca ad habitandū concedere deberet/præcepit. Quos Romoaldus dux gratanter excipiens, eiſdē ſpatioſa ad habitādum loca quę vſq; ad illud tempus deſerta erant/contribuit: ſcilicet Sepianū, Bouianum, & Yſerniā, & alias cū ſuis territorijs ciuitates, ipſumq; Alzeconem mutato dignitatis nomine, de duce Gaſtaldiū vocitari præcepit. Qui vſq; hodie in his vt diximus locis habitantes, ꝗꝗ & latine loquant̄ linguæ, tamen proprium vſum minime amiſerunt. Caput. XXX.

Sepianum.
Bouianum.
Yſernia
Gaſtaldius.

IGitur extincto vt diximus apud Siciliā Cōſtante Auguſto, punitoq; qui ei ſucceſſerāt Mezetio tyranno, Romanorū regnū Conſtantinus Conſtantij Auguſti filius ſuſcepit regendum. Romaniſq; principatus eſt annis decē & ſeptē. Conſtātij ſane tpibus Theodorus archiepſ, & Hadrianus Abbas viri ęque doctiſſimi a Vitaliano papa miſſi in Britanniā, plurimas eccleſias Anglorū doctrinæ eccleſiaſticæ fruge fœcūdarūt. E qbus Theodorus archiepſ peccantiū iudicia, quātis ſcilicet annis ꝓ vno q̄q; peccato qs pœnitere debeat, mirabili & diſcreta cōſideratiōe deſcri (pſit. Cap. XXXI.

Conſtantinus
Cæſ.
al's Cōſtantis.
Theodorus
Hadrianus
Abbas
Vitalianus papa

IN ſequenti poſt tpe menſe Auguſto, a parte oriētis ſtella cometis apparuit, nimis fulgentibus radijs: q̄ poſt ſemetipſam reuerſa diſparuit. Nec mora grauis peſtilentia ab eadē parte orientis ſecuta, Romanū populū deuaſtauit. His dieb⁹ Donus papa Romanę eccleſię locū q paradiſus dicit̄, ante baſilicā beati Petri apl̄i candidis & magnis marmoribus mirifice ſtrauit. Ca. XXXII.

Donus papa
Dagobertus

HAc tēpeſtate Francorū regnū apud Gallias Dagobert⁹ regebat: cū q̄ rex Grimoald pacis firmiſſimæ fœdus inierat. Cuius Grimoald vires Bertarit etiam apud Francorū patriā conſtitutus, metuens, egreſſus e Gallia/ad Britanniā inſulā Saxonumq; regem properare diſponit. Caput. XXXIII.

Saxonū rex
Britanniæ

AT vero Grimoald nono die poſt fleobotomū cum in ſuo palatio cōſtitutus, accepto arcu, columbā ſagitta percutere niſus eſſet, eius brachij vena diſrupta eſt. Cui (vt fert̄) medici venenata medicamina ſuperponētes, eū ab hac fundit⁹ priuarunt luce. Hic in edicto quod Rothari rex cōpoſuerat/aliqua capitula legis quę ei vtilia viſa ſunt/adiecit. Fuit aūt corpore præualidus, audacia primus, caluo capite, barba ꝓminenti: non minus conſilio/ꝗ viribus decoratus. Sepultū aūt eſt corpus eius in baſilica beati Ambroſij confeſſoris: ꝗ dudū ipſe inter Ticinenſem conſtruxerat ciuitatē. Hic poſt mortē Ariperti regis/ expleto iam anno vno & menſibus trib⁹/Langobardorū regnum inuaſit: regnauitq; ipſe annis nouē: relicto Garibaldo filio ſuo, quē ei Aripti regis filia genuerat, rege: adhuc puerilis ętatis. Igit̄ vt dicere cœperamus, Bertarit egreſſus de Gallia, nauē aſcendit vt ad Britanniā inſulam ad regnū Saxonū tranſmearet. Cūq; iam aliquantulū per pelagus nauigaſſet, vox a littore audita eſt inquirentis, vtrū Bertarit in eadem naue conſiſteret. Cui

al's intra
Garibaldus
Bertarit

cũ responsum esset/ ꝙ Bertarit ibi esset: ille qui clamabat/ subiunxit. Dicite illi vt reuertat̃ in patriã suam: quia tertia dies est hodie ꝙ Grimoaldus ab hac subtract⁹ est luce. Quo audito Bertarit statim post se reuersus est: veniensq́ ad littus, inuenire personã non potuit quæ ei de Grimoaldi morte nũciauit. Vnde arbitratus est, nõ hunc hominẽ/ sed diuinũ nunciũ fuisse. Exindeq́ ad patriã tendens, cũ ad claustra Italię venisset, iam ibi omnia obsequia palatina, omnẽq́ regiam dignitatem cũ magna Langobardorũ multitudine pręparatã se repperit expectare. Itaq́ Ticinũ reuersus, exturbato Garibaldo puerulo a regno, ab vniuersis Langobardis mẽse tertio post mortẽ Grimoaldi in regnũ leuatus est. Erat aũt vir pius, fide catholic⁹, iusticię tenax: pauperũq́ largissimus nutritor. Qui statim Beneuentũ misit, exindeq́ Rodelindam suam coniugẽ, & Cunipertũ filium reuocauit. Caput. XXXIIII.

Rodelinda Cunipert.

QVi vt regni iura suscepit: in loco illo qui a parte fluminis Ticini est, vnde ipse olim fugerat, monasteriũ quod nouũ appellat̃, dño & liberatori suo in honorẽ sanctę virginis & martyris Agathę construxit. In quo multas virgines aggregauit: rebus & diuersis pariter eundem locũ ornamentis ditauit. Regina vero eius Rodelinda basilicã sanctę dei genitricis extra muros eiusdẽ ciuitatis Ticinensis quę ad perticas appellat̃, opere mirabili condidit: ornamẽtisq́ mirificis decorauit. Ad Perticas aũt locus iste ideo dicit̃: quia ibi olim perticę, id est trabes erectę steterunt quæ ob hanc causam iuxta morẽ Langobardorũ poni solebant. Si quis aũt in aliquã partẽ, aut in bello, aut quomõ extinctus fuisset, cõsanguinei ei⁹ intra sepulchra sua perticã figebãt: in cui⁹ summitate colũbã ex ligno factam ponebãt: q̃ illuc versa esset, vbi eorũ dilectus obisset: scilicet vt sciri possit in quã partem is qui defunctus fuerat/ quiesceret. Caput. XXXV.

IGitur Bertarit cũ solus ꝑ annos septẽ regnasset, octauo iam anno Cunipert filiũ suũ in regno consortẽ asciuit: cum quo pariter per decem annos regnauit. Caput. XXXVI.

CVmq́ in magna pace degerent, & ex oĩ parte in circuitu tranq̃llitatẽ haberẽt, surrexit contra eos filius iniquitatis Alachis nomine: per quẽ in regno Langobardorũ perturbata pace, maximę populorũ strages factę sunt. Hic cũ dux esset in Tridentina ciuitate cũ comite Baioariorũ, quẽ illi Grauionẽ dicunt: qui Bauzanũ & reliqua castella regebat/ cõflixit, eũq́ mirifice superauit. Qua de causa elatus, etiam contra regẽ suũ Bertarit manũ leuauit: atq́ se inter Tridentinũ castrũ rebellãs cõmuniuit. Contra quẽ rex Bertarit ꝓgressus, cũ eum extrinsecus obsideret, inopinate subito Alachis cũ suis ciuitatẽ egressus, regis castra ꝓtriuit: regẽq́ ipsum fugã petere cõpulit. Qui tñ postmodũ faciente Cuniperto regis filio qui eũ iam olim diligebat, ĩ regis Bertarit gratiã reuersus est. Qui rex cũ eũ ĩterficere aliquotiẽs vellet, Cunipert eius filius hoc fieri sꝑ ꝓhibuit: reputãs eũ de reliquo fidelẽ existere. Nec destitit apud patrẽ obtinere/ quin etiã ei ducatũ Brexiæ cõtribueret: reclamãte sępius patre/ ꝙ in suã perniciẽ hoc Cunipert faceret, qui hosti suo ad regnãdum vires pręberet. Brexiana deniq́ ciuitas magnã semꝑ nobiliũ Langobardorũ multitudinẽ habuit: quorũ auxilio metuebat Bertarit Alachis potentiorẽ fore. His diebus rex Bertarit in ciuitate Ticinensi portam contiguã palatio, quæ & palatinensis dicit̃, mirifico opere construxit. Caput. XXXVII.

... Adalgis

Grauio Bauzanum ... intra

... Brixię

QVi cũ decem & octo annis, & primũ solus, & post cũ filio regnũ tenuisset, ab hac luce subtractus est. Corpusq́ illius iuxta basilicã dñi saluatoris, quam

Aripert eius genitor construxerat/sepultum est. Fuit aūt statura decēs: corpore plē no: mitis p̄ oīa/& suauis. At vero Cunipert rex Hermilindā ex Saxonū Anglorū genere duxit vxorē. Quæ cū in balneo Theodotā puellam ex nobilissimo Romanorum genere ortā, elegāti corpore, & flauis ꝓlixisq́ꝫ capillis pene vsq́ꝫ ad pedes decoratā vidisset, eius pulchritudinē suo viro Cuniperto regi laudauit: qui ab vxore hoc libenter audire dissimulans, in magnū tamen puellę exarsit amorē. Nec mora venatū in siluā, quā vrbem appellant, perrexit: secūq́ꝫ suā cōiugē Hermilindam venire præcepit: qui inde noctu egrediens, Ticinū venit: & ad se Theodotam puellam venire faciens, cum ea concubuit: quā tamen postea in monasteriū quod de illius nomine intra Ticinum appellatū est/misit. Hermilinda.

Caput. XXXVIII.

ALachis vero iam dudum conceptā iniquitatem parturiens/adnitētibus Aldone & Grausone Brexianis ciuibus, sed & alijs multis ex Langobardis oblitus tantorū beneficiorū quæ in eū rex Cunipert impenderat: oblitus etiā iusiurādum ꝙ ei se fidelissimū esse spopōderat: cū Cunipert abesset/regnū eius & palatiū intra Ticinū positum inuasit. Quod Cunipert vbi erat audiens, statim ad insulam quæ inter lacum Lariū non longe a Como est/confugit: ibiq́ꝫ se fortiter cōmuniuit. Facta est aūt magna tribulatio omnibus qui eū diligebant: & maxime sacerdotibus & clericis: quos oēs Alachis exosos habebat. Erat aūt eo tempore Ticinēsis ecclesiæ episcopꝰ vir dn̄i Damianus: sanctitate p̄cipuus, liberalibus artibꝰ sufficiēter instructus. Is cū Alachis palatiū inuasisse ꝓspiceret, ne quid ab eo ipse vel sua ecclesia aduersi perpetiret, Thomam diaconē suum sapientē scilicet & religiosum virum ad eum misit: per quē eidem Alachis benedictionē sanctę suæ ecclesiæ trāsmisit. Nunciatū est Alachis Thomam diaconē ante fores adstare, benedictionēq́ꝫ ab episcopo detulisse: Tunc Alachis qui vt diximus, omnes clericos odio habebat, ita inquit ad suos. Ite dicite illi, si munda femoralia habet/intret: sin autem aliter/ foris contineat pedem. Thomas vero cū hos sermones audisset/ita respondit. Nunciate ei, quia munda femoralia habeo: quippe qui ea hodie lota indutus sum. Cui Alachis iterato respōdit. Dicite ei, q̄a ego nō dico de femoralibus/sed de his quæ intra femoralia habent. Ad hęc Thomas ita respondit. Ite dicite illi. Deus solus pōt in me in his causis reprehensionē inuenire: nā ille nullatenus potest. Cūq́ꝫ eundem diaconem Alachis ad se ingredi fecisset, aspere satis & obiurgando cum eo locutus est. Tunc omnes clericos & sacerdotes pauor & odiū tyranni inuasit: æstimantiū se eiꝰ feritatē tolerare omnino non posse. Cœperuntq́ꝫ tanto amplius Cunipertū desiderare/quanto peruersorē regni superbum execrationi haberent. Sed non diutius feritas & cruda barbaries peruasum regnum obtinuit.

Aldo Grauso.

aīs intra

Damianus

Thomas

aīs peruasorē

Caput. XXXIX.

DEniq́ꝫ cū die quadam solidos super mensam numeraret, vnus ei tremissis de eadem mensa cecidit: quē filius Aldonis adhuc puerulus de terra colligens, eidem Alachis reddidit. Ad quē Alachis sperans puerulum parū intelligere, ita locutus est. Multos ex his genitor tuus habet: q̄s mihi in ꝓximo, si deus voluerit, daturus est. Qui puer cum vespere domū adꝰ patrē regressus esset, eum suus genitor requisiuit, si quid ei illo die rex locutus fuisset: ille patri omnia vt facta fuerāt, & q̄d sibi rex dixerat/nunciauit. Audiens hæc Aldo/vehementer pertimuit: fratrēq́ꝫ suū Grausonē adscitū ei omnia quæ rex maligne locutus fuerat, nunciauit. Qui mox cū

amicis & his quibus credere poterant, consiliũ ineunt qualiter Alachis tyrannũ regno priuarent, priusq́ ipse eis aliquã lesionẽ facere possit. Qui maturius ad palatiũ ꝓfecti, ita Alachis dixerũt. Quid dignaris in ciuitate residere. Ecce om̃is ciuitas & vniuersus populus tibi fidelis existit: & ebriosus ille Cunipert ita dissolutus est vt iam vltra nullas possit habere vires. Egredere & vade in venationẽ, & exerce te cum iuuenibus tuis: nos aũt cũ reliquis tuis fidelibus defendemus tibi hanc ciuitatem. Sed & ita tibi repromittimus, vt in ꝓximo inimici tui Cuniperti caput afferamus. Qui eorũ verbis persuasus/ ciuitatẽ egressus, atq́ ad vrbis vastissimã siluam ꝓfectus est: ibiq́ se iocis & venatiõibus exercere cœpit. Aldo vero & Grauso euntes ad lacũ Comatianũ, ingressiq́ nauẽ, ad Cunipertũ ꝓfecti sunt. Ad quẽ venientes/eius pedibus ꝓuoluti, se contra eũ neqter egisse ꝓfessi sunt: eiq́ quid Alachis malitiose contra eos locutus fuerit/vel quale ipsi ad eius perditionẽ cõsiliũ eidem dederint/nunciarunt. Quid plura? Fleuerũt pariter & intra se sacramenta dederũt diem statuentes in quo Cunipert veniret, vt ipsi ei ciuitatẽ Ticinensem cõtraderẽt. Quod & factum est. Nam die statuto Cunipert Ticinũ aduenIens, ab eis libẽtissime susceptus/palatiũ suũ ingressus est. Tunc omnes ciues, & pręcipue ep̃s, sacerdotes q̃q́ & clerus, iuuenes & senes certatim ad eũ concurrẽtes, oẽsq́ eũ cum lachrymis amplexantes, deo gratias de eius reuersione inestimabili gaudio repleti cõclamabant. Quos ille oẽs ꝓut potuit/osculatus est. Nuntius subito ad Alachis peruenit, adimplesse Aldonẽ & Grausonẽ quod ei ꝓmiserant: & caput Cuniperti attulisse: & nõ solum caput, sed & totũ corpus: eũq́ affirmans in palatio sedere. Quod ille audiens/animo cõsternatus est: multaq́ contra Aldonẽ & Grausonẽ furibundus & fremens cõminans: exinde egressus per Placentiã/ad Austriã rediJt: singulasq́ ciuitates partim blanditijs, partim viribus sibi sotias asciuit. Nam Vincentiã veniens/contra eũ eius ciues egressi, bellum parauerũt: sed mox victi, eius sotij effecti sunt. Inde exiens/Taruisiũ peruasit: pari modo etiã & reliquas ciuitates. Cũq́ contra eũ Cunipert exercitũ colligeret/& Foroiulani in eius auxiliũ iuxta fidelitatẽ suam vellent ꝓficisci, ipse Alachis ad pontẽ Liquentiæ fluminis, quod a Foroiuli quadraginta & octo milibus distat: & est in itinere Ticinũ pergentibus in silua q̃ Capulanus dicit̃, latens: cum Foroiulanorũ exercitus sparsim veniret/oẽs eos sicut veniebant/iurare sibi cõpulit: diligenter cauens/ne aliqs ex his retro reuersus venientibus hoc alijs nunciaret, sicq́ oẽs a Foroiuli veniẽtes, eius sunt sacramentis astricti. Quid plura? Cum omni Alachis Austria econtra Cunipert cũ suis veniẽtes, in campo cui coronatæ nomen est, castra posuere.

Caput. XL.

Coronata.

AD quẽ Cunipert nuntiũ misit: mandans/vt singulare certamẽ iniret: nec opus esse vtrorũq́ exercitũ fatigari. Ad quæ verba Alachis minime consensit. Cui cum vnꝰ e suis genere Tuscus ei persuaderet, virũ bellicosum/forteq́ eũ appellãs vt contra Cunipertũ audẽter exiret. Alachis ad hæc verba respõdit. Cunipert q̃uis ebriosus sit, & stupidi cordis: tñ satis est audax, & miræ fortitudinis. Nam tp̃e patris eius qñ nos eramus iuuenculi, habebant in palatio veruecces miræ magnitudinis: quos ille supra dorsum eorũ lanã appręhendens, extẽso eos brachio a terra leuabat: quod qdem ego facere non poterã. Hęc ille Tuscus audiens, dixit ad eũ. Si tu cũ Cuniperto pugnã inire singulari certamine non audes/me iã in tuo adiuto-

rio sotiũ non habebis. Et hęc dicens/ ꝓripuit se:& statim ad Cunipertum cõfugit & haec ipsa illi nunciauit. Conuenerũt itaq; vt diximus, vtręq; aces in cãpo corona tę. Cũq; iam ꝓpe esset/ vt se cõiungere deberent, Seno diaconus Ticinensis ecclesię qui custos erat basilicae beati Ioãnis baptistę: quae intra eãdem sita est ciuitatẽ: quã quondã Gundiperga regina cõstruxerat, cũ nimiũ diligeret regẽ: & metueret ne rex in bello periret, ait ad regẽ. Dñe rex/ oĩs vita nostra in tua salute cõsistit: si tu in bello perieris/ oẽs nos iste tyrãnus Alachis per diuersa supplicia extinguet. Placeat itaq; tibi consiliũ meũ: da mihi apparatũ armorũ tuorũ: & ego vadam & pugnabo cũ isto tyranno: si ego obiero/ tu recuperabis causam tuã: si vero vicero/ maior tibi qa per seruũ viceris/ gloria ascribet. Cũq; rex hoc se facturũ esse denegaret, cœperunt eũ pauci qui aderant eius fideles cũ lachrymis deposcere/ vt ad ea quae diaconus dixerat/ assensum prębere. Victus tandem/ vt erat pij cordis, eorũ precib9 & lachrymis loricã suã, galeã, atq; ocreas & cętera arma diacono praebuit: in suaq; persona eum ad praeliũ direxit. Erat enim ipse diaconus eiusdẽ staturae & habitus ita vt cũ fuisset de tentorio armatus egressus, rex Cunipert ab omĩbus esse putaret. Cõmissum itaq; est pręliũ: & totis virib9 decertatũ. Cũq; Alachis ibi magis intẽderet vbi regẽ esse putaret, Cunipertũ se extinxisse putans, Senonẽ diaconũ interfecit. Cũq; caput eius amputari pręcepisset, vt leuato eo in conto, deo gratias acclamaret sublata casside/ clericũ se occidisse cognouit. Tunc furibũdus exclamãs. Heu me inquit, nihil egimus, qñ ad hoc pręliũ gessimus vt clericũ occiderem9. Tale itaq; nũc facio votũ, vt si mihi de9 victoriã iterũ dederit/ qp vnũ puteũ de testiculis impleã (clericorũ. Cap. XLI.

IGit Cunipert perdidisse suos conspiciẽs, statim se eis ostendit: oĩmq; corda sublato pauore ad sperãdã victoriã cõfortauit. Instruunt iterum acies: & hinc Cunipert, inde Alachis ad belli certamina praeparant. Cumq; iam ꝓpe esset/ vt se vtraeq; acies ad pugnãdum cõiungerent, Cunipert ad Alachis iterato in haec verba mandauit. Ecce quãtus populus ex vtraq; parte cõsistit: quid opus est vt tanta multitudo pereat? Coniũgamus nos, ego & ille singulari certamine: & cui voluerit dñs de nobis donare victoriã, omnẽ hunc populũ saluũ & incolumẽ ipse possideat. Cũq; Alachis sui hortarent vt faceret quod Cunipert illi mandauit, ipse respondit. Hoc ego facere non possum: quia inter contos suos sancti archangeli Michaelis, vbi ego illi iuraui/ imaginẽ conspicio. Tunc vnus ex illis, prae pauore inquit, cernis quod nõ est: & tibi iã tarde est ista modo meditari. Conserunt itaq; acies perstrepẽtibus buccinis, & neutra parte locũ dante, maxima populorũ facta est strages. Tandem crudelis tyrannus Alachis interijt: & Cunipert adiuuante se domino/ victoriã cœpit. Exercitus qq; Alachis cõperta eius morte, fugę subsidiũ arripuit: e quibus quẽ mucro nõ perculit, Addua fluuius peremit. Caput quoq; Alachis detruncatũ, cruraq; eius succisa sunt: informeq; tm̃/ truncũq; cadauer remãsit. In hoc bello Foroiulanorũ exercitus minime fuit: quia cũ inuitus Alachis iurasset, ꝓpter hoc nec regi Cuniperto, nec Alachis auxiliũ tulit: sed cũ illi bellum cõmisissent, ipsi ad ꝓpria sunt reuersi. Igit Alachis hoc modo defuncto, rex Cunipert corpus Senonis diaconi ante fores basilicae beati Ioannis quã ipse erexerat, mirifice sepeliri mandauit. Ipse vero regnans, cũ omniũ exultatiõe & triũpho victoriae, Ticinum reuersus est.

[Margin: al's contingere Seno]
[Margin: al's rexerat.]

Finit liber quintus

PAVLI VVARNEFRID LANGOBARDI FILII DIACONI FOROIVLIENSIS HISTORIAE LANGOBARDICAE LIBER SEXTVS.

INCIPIVNT CAPITVLA LIBRI SEXTI.

Finiunt Capitula libri sexti.

INCIPIT LIBER SEXTVS.

Caput. I.



Vm ista apud Langobardos transpadum gerunt. Romualdus Beneuentanorũ dux congregata exercitus multitudine, Tarentũ expugnauit, & cœpit: pari quoq; modo Brũdusiũ / & omnẽ illam quæ in circuitu est, latissimã regionẽ suæ ditiõi subiugauit. Coniunx quoq; eius Theoderata eodem tẽpore foras muros Beneuentanæ ciuitatis, basilicã in honore beati Petri apostoli construxit: quo in loco multarũ ancillarũ dei cœnobium instituit.

Theoderata

Caput. II.

ROmoald quoq; postq; sedecim annos ducatũ gessit, ab hac luce subtractus est: post quẽ filius eius Grimoaldus tribus annis Samnitũ populos rexit. Huic in coniugio sotiata fuit Vuigilinda soror Cuniperti, filia Bertarit regis. Defuncto quoq; Grimoaldo, Gisulfus eius germanus ductor effectus est: prefuitq; Beneuẽto annis decẽ & septẽ. Huic sotiata fuit Vuinipga, quæ ei Romoald peperit. ¶ Circa hęc tempora cũ in castro Cassini vbi beatissimi Benedicti sacrũ corpus requiescit, ab aliquãtis iã elapsis annis vasta solitudo existeret, venientes de Cenomannicorũ vel Aurelianensiũ regione, Franci dũ apud venerabile corpus se pernoctare simulassent. eiusdem venerabilis patris, paritercq; eius germanæ venerãdæ Scolasticę ossa auferentes, in suam patriã deportarunt: vbi sigillatim duo monasteria in vtrorũq; honorẽ: hoc est beati Benedicti, & sanctæ Scolasticę constructa sunt. Sed certũ est nobis os illud venerabile, & omni nectare suauius, & oculos semper cœlestia contuentes, cętera quoq; mẽbra q̃uis defluxa / remãsisse. Solũ etenim singulariter dominicũ corpus nõ vidit corruptionẽ: cęterũ oĩm sanctorum corpora in ęternã postea gloriã reparanda corruptioni subiecta sunt: his exceptis quę ob diuina miracula sine labe seruant.

Romuald

Grimoald. Vuigilinda Gisulfus

Vuiniperga Romoald De beato Benedicto eiusq; sorore.

Cap. III.

AT vero Radoald quẽ apud Foruiuli præmisimus ducatũ tenuisse, cũ ab eadẽ ciuitate abesset, Ansfrid de castro Reunia ducatũ eius absq; regis nutu peruasit. Quo cõperto Radoald in histriã fugit: ac dein de nauigio per Rauennã Ticinũ ad Cunipertũ regẽ peruenit. Ansfrid vero nõ cõtentus ducatũ Foroiulanensiũ regere, insuper contra Cunipertũ rebellans, eius regnum inuadere voluit: sed cõprehensus in Verona ad regẽ deductus, euulsis oculis / in exiliũ trusus est. Foroiulanorũ aũt ducatũ post hæc Ado frater Radoaldi loco seruatoris nomine, per annũ & menses septẽ gubernauit.

Radoald

Ado.

Caput. IIII.

CVm hæc in Italia gerunt, hęresis apud Constantinopolim orta est: quę vnã in dño nostro Iesu Christo voluntatẽ & operationem asseuerabat. Hanc aũt hęresim excitarũt Georgius patriarcha Constãtinopolitanus, Macharius, Pyrrus, Paulus & Petrus. Quã ob causam Constantinus Augustus centũ quinquaginta episcopos congregari fecit: inter quos etiã fuerunt legati sanctæ Romanæ ecclesiæ missi ab Agatone papa. Ioannes diaconus, & Ioannes Portuensis episcopus: qui omnes eandem hęresim damnauerũt. Ea hora tantę aranearũ telę in medio populi ceciderunt, vt omnes mirarent: ac per hoc significatũ est / q̃ sordes hęreticę prauitatis depulsæ sunt. Et Georgius quidem patriarcha correctus est: cęteri vero in sua defensione perseuerantes / anathematis sunt vltione perculsi. Eo tempore Damianus Ticinensis ecclesiæ episcopus sub nomine Mansueti Mediolanẽsis archiepiscopi: hac de causa satis vtilem, rectęq; fidei epistolã composuit: quę in p̃fata synodo nõ me-

Georgius Macharius Pyrrus Paulus Petrus Conciliũ Constantinopolitanum

Damianus Mansuetus

diocre suffragiũ tulit. Recta aũt & vera fides hæc est: vt in dño nostro Iesu Christo sicut duæ sunt naturę, hoc est dei & hoïs, sic etiã duæ credant̃ esse voluntates, siue opationes. Vis audire de eo quod deitatis est. Ego inquit, & pater vnũ sum⁹. Vis audire quod humanitatis. Pater maior me est. Cernis scd'm humanitatẽ eũ in naui dormientẽ. Cerne eius diuinitatẽ/ cũ euangelista ait. Tunc surgens imperauit ventis & mari: & facta est tranquillitas magna. Hæc est sexta synodus vniuersalis Constãtinopoli celebrata, & Græco sermone conscripta, temporibus papæ Agathonis: exequente ac residẽte Constãtino principe, inter septa palatij sui. Cap. V. al's intra

His tpibus per inditionẽ octauã luna eclipsim passa est. Solis qq; eclipsis eodẽ pene tpe hora diei quasi decima, quinto Nonas Maias, effecta est: moxq; subsecuta grauissima pestis est, tribus mensibus: hoc est Iulio, Augusto, Septembrio. Tantaq; fuit multitudo morientũ, vt etiam parentes cũ filijs, atq; fratres cũ sororibus bini per feretra positi apud vrbẽ Romã ad sepulchra ducerent̃. Pari etiã modo hæc pestilentia Ticinũ qq; depopulata est: ita vt cunctis ciuibus per iuga montiũ/ seu per diuersa loca fugientibus, in foro & per plateas ciuitatis, herbę & frutecta nascerent̃. Tuncq; visibiliter multis apparuit: quia bonus & malus angelus noctu per ciuitatẽ pergerent: & ex iussu boni angeli malus angelus qui videbat̃ venabulum manu ferre, quotiẽs de venabulo hostiũ cuiuscũq; domus percussisset, tot de eadẽ domo die sequẽti hoïes interirent. Tunc cuidã dictum est per reuelationẽ ꝙ pestis ipsa prius nõ qesceret/ ꝙ in basilica beati Petri quę ad vincula dicit̃, sancti Sebastiani martyris altariũ poneret̃. Factũq; est: & delatis ab vrbe Roma beati Sebastiani martyris reliqis, mox vt in iã dicta basilica altariũ cõstitutũ est, pestis ipsa quieuit. Cap. VI.

Rex vero Cunipert dum post hęc cũ stratore suo, quẽ lingua ꝓpria Marpahis dicũt, cõsiliũ iniret in ciuitate Ticinẽsi, quõ Aldonem & Grausonẽ vita priuare deberet: repente in fenestra quã consistebãt, vna de maiusculis musca cõsedit. Quam Cunipert cultello vt extingueret percutere volens, eius tm̃ pedem abscidit. Aldo vero & Granso dũ ad palatiũ regis consiliũ nesciẽtes venirent, cũ basilicę sancti Romani martyris quę ꝓpe palatiũ sita est ꝓpinquassent, repente eis obuius qdam claudus vno pede trũcato factus est: qui eis dixit/ ꝙ eos Cunipert si ad eum pergerent, occisurus esset. Qui hæc audientes/ magno timore correpti, post altarium eiusdem basilicæ confugere. Moxq; Cuniperto regi nunciatũ est/ ꝙ Aldo & Grauso in basilicã beati Romani martyris cõfugissent. Tũc Cunipert stratorẽ suũ arguere cœpit, vt qd suum consiliũ ꝓdere debuisset. Cui suus strator ita respondit. Dñe mi rex, tu scis quia postq; hoc cõsiliati sumus, ego a tuo conspectu nõ exiui: quõ hoc alicui dicere potui? Tũc rex ad Aldonẽ & Grausonẽ misit, interrogãs eos, vt qd in locũ sanctum cõfugiũ fecissent. Qui respõdentes dixerunt. Quia nunciatũ est nobis ꝙ nos dñs rex occidere vellet. Iterato rex misit ad eos, sciscitãs qs fuerit ille qui eis nunciauerit: mandans eis/ vt nisi ei nunciatorẽ ꝓderẽt, eius gratiã inuenire nõ possent. Tũc illi sicut factum fuerat/ regi narrauerũt dicẽtes, claudũ hoïem obuiũ se habuisse, qui vnũ pedẽ truncatũ habebat: & genutenus crure ligneo vtebat̃: & hũc fuisse sui interit⁹ nunciũ. Tũc intellexit rex muscã illam cui pedẽ trũcauerat/ malignũ spiritũ fuisse: & ipsum sui secreti cõsilia ꝓdidisse. Qui statim Aldonẽ & Grausonẽ in sua fide de eadẽ basilica suscipiens, eisdẽ culpam pepercit: & in reliquũ eosdem in loco fideliũ habuit. Caput. VII.

al's marphaias
Aldo
Grauso
Strator

Foelix Grāmaticus Flauianus.
Ioannes Pergomi epūs

EO tēpore floruit in arte grāmatica Foelix patruus Flauiani præceptoris mei: quē in tantū rex dilexit/ vt ei baculū argēto/aurocꝫ decoratū inter reliqua suę munera cōdonaret. C.VIII

PEr idem q̄cꝫ tp̄s Ioānes ep̄s Bergomatis ecclesię vir miræ sanctitatis extitit. Qui cū regē Cunipertū in conuiuio dum sermocinarentᷣ offendisset, rex ei hospitiū reuertenti equū ferocem & indomitum qui immenso fremitu super se sedentes terræ allidere solebat/præparari fecit. Cui cū episcopus supersedisset/ita mansuetus extitit, vt eum blando incessu vscꝫ ad domū ꝓpriā deportaret. Quod rex audiēs, & episcopū ex eo die honore debito coluit: & ei ipsum equū quem suæ sessioni dedicauerat/dono largitus est. Ca. IX.

HAc tēpestate noctu stella iuxta vergilias coelo sereno inter dn̄i natalē & Theophaniā apparuit oīmodo obūbrata/veluti cū luna sub nube est cōstituta. Post hęc mense Februario die media stella ab occasu exijt: quę cū magno fulgore in partes oriētis declinauit. Dehinc mense Martio Vesuuus eructauit p dies aliq̄t: & oīa virentia circūquacꝫ prę puluere & cinere illi⁹ exterminata sunt. Caput. X.

TVnc Sarracenorū gens infidelis & deo inimica ex Aegypto in Africā cum nimia multitndine pergens, obsessam Cartaginē coepit: captācꝫ crudeliter depopulata est: & ad solum vscꝫ prostrauit. Caput. XI.

Constantinus Cæs. moritur.
Iustinianus Cæs.
Sergius Pont. Maximus
Zacharias Protosp.

INter hęc Constātinus imperator apud Constātinopolim moritᷣ: & eius minor filius Iustinianus Romanorū regnū suscepit: cuius per decē annos gubernacula tenuit. Hic Africā a Sarracenis abstulit: & cū eisdem pacē terra maricꝫ fecit. Hic Sergiū pontificē quia in erroris illius synodo quā Cōstātinopolim fecerat, fauere & subscribere noluit, misso Zacharia ꝓtospatario suo iussit Cōstātinopolim deportari: sed militia Rauennę/vicinarūcꝫ partiū iussa principis nefanda contēnens, eundem Zachariā cū contumelijs ab vrbe Roma & iniurijs pepulit Caput. XII.

Cęs. Leo Aug.

COntra hunc Iustinianū Leo Augustalē dignitatē arripiēs, eū regno priuauit: regnūcꝫ Romanorū trib⁹ annis regēs/Iustinianū exulē ī pōto seruauit. XIII.

Cęs. Tyberius Aug.

RVrsumcꝫ Tyberius cōtra hunc Leonē insurgens/regnū eius inuasit: eūcꝫ toto quo ipse regnauit tpe in eadē ciuitate in custodia tenuit. Caput. XIIII.

Sinodus Aquileiensis

HOc tpe synodus Aquileiensis facta, ob imperitiā fidei q̄ntū vniuersale cōciliū suscipere diffidit/donec salutarib⁹ beati papę Sergij monitis instructa, & ipsa huic cū cęteris christi eaclesijs annuere cōsentit. Facta aūt est ea synod⁹ Cōstātinopoli temporibus Vigilij papę sub Iustiniano principe cōtra Theodorū & oēs hęreticos q beatā Mariā solum hoīem, non deū & hominē genuisse affirmabant: in qua synodo catholice est institutū vt beata Maria sp virgo theotochos diceretᷣ: q̄a sicut catholica fides habet, nō hoīem solum/sed vere deū & hoīem genuit. XV.

Theodorus hereticus

Cedoal Anglorū Saxonū rex

HIs diebus Cedoal rex Anglorū Saxonum q multa in patria bella gesserat/ad Christum cōuersus/Romā ꝓperauit. Qui ad Cunipertū regem veniēs, ab eo mirifice susceptus est. Is cū Romam peruenisset/a Sergio papa baptisatus, Petruscꝫ appellatus: & adhuc in albis cōstitutus, ad regna coelestia migrauit. Cuius corpus in basilica beati Petri sepultū est: & hoc super se epitaphiū descriptū habet.

CVlmen opes, sobolem, pollentia regna, triumphos,
Exubias, proceres, moenia, castra, lares.
Quæcꝫ patrū virtus, & quæ cōgesserat ipse
Cedoal armipotens, liquit amore dei.

Vt Petrum/sedemq; Petri rex cerneret hospes,
Cuius fonte meras sumeret almus aquas.
Splendificumq; iubar/radianti carperet haustu,
Ex quo viuificus fulgor vbiq; fluit.
Perspiciensq; alacer recidiuæ præmia vitę,
Barbaricam rabiem, nomen & inde suum.
Conuersus conuertit ouans, Petrumq; vocari.
Sergius Antistes/iussit vt ipse pater.
Fonte renascentis, quē Christi gratia purgans,
Protinus ablatum, vexit in arce poli.
Mira fides regis, clementia maxima Christi:
Cuius consilium nullus adire potest.
Sospes enim veniens supremo ex orbe Britāni,
Per varias gentes, per freta, perq; vias. alias hospes.
Vrbem Romuleam vidit: templumq; verendum
Aspexit Petri: mystica dona gerens.
Candidus inter oues christi/ sotiabilis ibit
Corpore nam tumulum/mente superna tenet.
Cōmutasse magis sceptrorum insignia credas,
Quem regnum Christi promeruisse vides.

Caput. XVI.

HOc tempore apud Gallias Francorū regibus a solita fortitudine & sciētia degenerantibus: hi qui maiores domus regalis esse videbant, administrare regiam potentiam, & quicquid regibus agere mos est, cœperunt: quippe cum cœlitus esset dispositum, ad horum ꝓgeniem Francorū transuehi regnum. Fuitq; eo tempore maior domus in regio palatio Arnulfus vir, vt postmodū claruit, deo amabilis/& miræ sanctitatis: qui post gloriam sęculi Christi seruitio se subdens, mirabilis in episcopatu extitit: ac demū heremiticā vitam eligens, leprosis vniuersa præbens obsequia, continentissime vixit. De cuius mirabilibus apud Metensem ecclesiam vbi episcopatum gessit, liber extitit: eiusdem miracula & vitæ abstinentiam continens. Sed & ego in libro quem de episcopis eiusdem ciuitatis conscripsi: flagitante Agelramno viro mitissimo, & sanctitate præcipuo, præfatę ecclesię archiepiscopo, de hoc sacratissimo viro Arnulfo quædam eius miranda composui, quæ modo superfluum duxi replicare. S. Arnulfus

Caput. XVII.

INter hęc Cunipert cunctis amabilissim⁹ princeps, postq; duodecim annos Langobardorum regnū post patrem solus obtinuit: tandem ab hac luce subtractus est. Hic in campo Coronatę, vbi bellum contra Alachis gessit, in honorē beati Georgii martyris/monasteriū construxit. Fuit aūt vir elegans, & omni bonitate conspicuus; audaxq; bellator. Hic cum multis Langobardorū lachrymis iuxta basilicā domini saluatoris, quam quondam auus eiusdem Aripert construxerat, sepultus est: regnumq; Langobardorum Luitperto filio adhuc puerilis ętatis reliquit: cui tutorem Ansprandum virū sapientem & illustrem contribuit. Rex Cunipert Campus Coronatæ Alachis Aripert Rex Luitpert.

Caput. XVIII.

Ragunpertus dux Taurinensium
Rex Godipertus
Grimoald.
Ansprand
Rothari Bergamensiũ dux
Aripert Ragũpert filius
Otto
Tazo.
Pharao
Rothari

DEhinc elapsis octo mensibus Ragunpertus dux Taurinensiũ quẽ quondã rex Godipertus cũ extingueret a Grimoaldo/reliquerat paruulũ: de quo & superius diximus, cũ valida manu veniens, aduersus Ansprandũ & Rothari Bergamensium ducẽ apud Nouarias conflixit: eosq; in campis exuperans, regnũ Langobardorum inuasit: sed eodem anno mortuus est. Caput. XIX.

TVnc filius eius Aripert iterũ bellũ parans, pugnauit cũ Luitperto rege apud Ticinũ. Cũq; Ansprãdo & Ottone & Tazone: necnõ & Rothari, ac Pharaone, sed oẽs hos bello exuperans, Luitpertũ infantulum viuũ in bello cõprẹhendit. Ansprand quoq; fugiens in insulã se Comacinam cõmuniuit. Caput. XX.

AT vero Rothari dux Pergamũ ciuitatem suã rediens, regnũ arripuit. Contra quẽ rex Aripert cũ magno exercitu ꝓficiscens, expugnata primũ & capta laude, Bergamũ obsedit: eamq; cũ arietibus & diuersis belli machinis, sine aliqua difficultate expugnans mox cœpit: comprahensumq; Rothari pseudo regẽ, eius caput barbãq; radens, Taurinis in exiliũ trusit: quiq; ibidem post aliquot dies peremptus est. Luitpertũ vero quẽ cœperat, pari mõ in balneo vita priuauit. C. XXI.

Luitpert.

MIsit quoq; exercitũ aduersus Ansprandũ in insulã Comacinã: quo cõperto Ansprand fugit Clauenã: deinde per Curiã Rhetiorũ ciuitatẽ venit ad Theudepertũ Baioariorũ ducẽ: & fuit cũ eo ꝑ annos nouẽ. Exercitus vero Ariperti insulã in qua Ansprand fuerat inuadens, eius oppidum diruit. Caput. XXII.

Ansprand
Clauenna
Curia
Theudepert Baioario. dux
Sigisprãd Ansprand filius

REx igit Aripert cõfirmato regno, Sigisprandum Ansprandi filiũ oculis priuauit: omnesq; qui ei cõsanguinitate iuncti fuerãt, diuersis modis afflixit. Minorem quoq; Ansprandi filiũ Luitprandum in custodia tenuit: quẽ quia despicabilem personã, & adhuc adolescentulũ esse perspexit, nõ solum in eius corpore vindictã aliquã minime ingessit, sed eũ vt ad patrẽ suũ pergeret abire permisit. Quod dei oĩpotentis nutu factum fuisse, qui eũ ad regni gubernacula prẹparabat, dubiũ nõ est. Igit Luitprand ad patrẽ suũ in Baioariã ꝓfectus, ei de suo aduentu inęstimabile gaudiũ fecit. Vxorẽ vero Ansprand Theoderatã nõie, rex Aripert cõprahendi fecit, quę cũ se volũtate fœminea reginã futurã esse iactaret, naso atq; aurib⁹ abscisis, decore suę faciei deturpata est. Pari etiã modo germana Luitprandi nomine Aurona deformis effecta est. Caput. XXIII.

Luitprand Ansprand filius
Theoderata Ansprãd vxor
Aurona Luitprand soror
Anchis Anchisca

HOc tempore apud Gallias in Francorũ regnum Anchis Arnulfi filius, qui de nomine Anchisę quondam Troiani creditur appellatus: sub nomine maioris domus gerebat principatum. Caput. XXIIII.

Ado
Ferdulfus Foroiulij dux

MOrtuo quoq; apud Foroiuli Aldõe quẽ dixeram⁹ loci seruatorẽ fuisse, Ferdulfus ducatũ suscepit: q de partibus Liguriæ extitit: hõ lubricus & elatus. Qui dum victoriæ laudẽ de Sclauis habere cupiit, magna sibi & Foroiulanis detrimenta inuexit. Is prẹmia quibusdã Sclauis dedit, vt exercitũ Sclauorũ in eandem ꝓuinciã suã adhortatiõe immitterent: quod ita quoq; effectum est. Causa aũt magnę in eadẽ Foroiulana ꝓuincia perditionis ista fuit. Irruerũt latrũculi Sclauorũ super greges & pastores ouiũ, quæ in eorũ vicinia pascebant: & de eis prẹdas abegerunt. Subsecutus est hos rector loci illius, qui Sculdahis lingua ꝓpria dicit: vir nobilis, aĩoq; & viribus potens: sed tamen eosdem latrunculos assequi nõ potuit. Cui exinde reuertenti Argait, dux Ferdulfus obuiã factus est. Quẽ dum interrogaret, quid de

illis latrunculis factum eſſet. Argait ait ei, ſic.n.nomē habebat, eoſdē fuiſſe reſpōdit Argait
Tunc ei Ferdulfus indignans/ita locutus eſt. Quando tu aliqd fortiter facere pō⸗
teras, qui Argait ab arga nomē deductum habes? Cui ille maxima ſtimulatus ira,
vt erat vir fortis, ita reſpōdit. Sic velit deus, vt nō antea ego & tu dux Ferdulfe ex⸗
eamus de hac vita/q̄ cognoſcat aliqs ex nobis qs magis eſt arga. Hęc cū ſibi inuicē
vulgaria verba locuti fuiſſent, contigit nō poſt multos dies vt exercit⁹ Sclauorū ꝑ
quorū aduentu dux Ferdulfus prę̄mia dederat, cū magnis viribus aduētaret. Qui
cū caſtra in ſummo montis vertice poſuiſſent, & pene ex omni parte difficile eſſet
ad eos accedere, Ferdulfus dux cū exercitu ſuperueniens, cœpit eundem montē cir
cuire, vt per loca planiora ſuper eos poſſit irruere. Tunc Argait de quo præmiſi⸗
mus, ita Ferdulfo dixit. Memēto dux Ferdulf/q̄ me eſſe inertē & inutilē dixeris,
& vulgari verbo Arga vocaueris: nūc aūt ira dei veniat ſup illū q poſterior e nō⸗
bis ad hos Sclauos acceſſerit. Et hæc dicens, verſo equo, p aſperitatē mōtis vīj gra
uis erat aſcenſus, ad caſtra contendere cœpit Sclauorū. Ferdulfus vero obprobriū
ducēs, ſi nō ipſe per eadē difficilia loca ſuper Sclauos irrueret, eū per aſpera quęq̄
& difficilia/inuiaq̄ loca ſecutus eſt. Quē ſuus exercitus turpe ducens ducē nōn ſe⸗
qui, ſubſequi & ipſe cœpit. Videntes itaq̄ Sclaui eos per deuexa loca ſuper ſe veni Langobardi
re, præparauerūt ſe viriliter, & magis lapidibus ac ſecurib⁹/q̄ armis cōtra eos pu Foroiulani a
gnantes, pene oēs deiectos equis peremerūt: ſicq̄ victoriam non viribus/ſed caſu Sclauis cæſi
adepti ſunt. Ibi oīs nobilitas perijt Foroiulanorū: ibi Ferdulfus dux cecidit: ibi &
ille qui eū ꝑuocauerat/extinctus eſt. Tantiq̄ ibi viri fortes per contētionis malum
& inprouidentiā debellati ſunt, quanti poſſent per vnā concordiā & ſalubre cōſili
um multa milia ſternere emulorū. Ibi tñ vnus e Langobardis nomine Munichis, Munichis
qui pater poſt Petri Foroiulani/& Vrſi Cenetēſis ducū extitit, ſolus fortiter & vi
riliter fecit. Is cū de equo eiectus eſſet, & eū vnus e Sclauis ſubito inuadēs eius ma⸗
nus fune colligaſſet, ipſe manibus ligatis lanceā ab eiuſdem Sclaui dextera extrahēs
eū cū ipſa pcuſſit: & ligatus p aſpera ſe loca deijciēs, euaſit. Hęc ideo, vel maxime in
hac poſuim⁹ hiſtoria, ne qd alicui per contentionis malū ſiſe cōtingat. C.XXV
MOrtuo itaq̄ Ferdulfo duce hoc modo, in eius loco ordinatus eſt Coruulus Coruulus dux
q pauco tpe ducatū tenens/dum regē offendiſſet/euulſis oculis dedecoroſe Foroiulienſiū
DEinceps vero Pemmo ducatū ꝑmeruit: q fuit ingenio (vixit. Cap. XXVI. Pemmo eius
ſus & vtilis patrię. Hic patre genitus Bellione, q de Belluno fuerat: ſed ꝓpter ſucceſſor, Bellio
ſeditionē quā illic fecerat/in Foruiuli poſt veniens, ibi pacifice vixit. Hic Pemmo
habuit coniugē Ratpergā nomine: quæ cū eſſet facie ruſticana, ſepe maritū depre⸗ Ratperg vxor
cata/vt ſe dimiſſa/aliā vxorē duceret, quā tanti ducis coniugē eſſe deceret. Sed ipſe Pemmonis
vt erat vir ſapiens, plus eius mores & humilitatē, verecūdiam atq̄ pudicitiā/q̄ cor Factum rarū
poris pulchritudinē ſibi cōplacere dicebat. De hac igit̄ cōiuge tres Pemmo filios,
hoc eſt Ratchis/& Ratchait/& Ahiſtolfum viros ſtrennuos genuit: quorū natiui⸗ Ratchis
tas humilitatē matris ad gloriā erexit. Qui dux cōgregatis oīm nobiliū q in bello Ratchait Ahiſtolf
de quo diximus obierant filijs, ſic eos cū ſuis natis pariter nutrijt: ac ſi & ipſi ab eo
HAc deniq̄ ętate Giſulfus Beneuentanorū du⸗ (geniti fuiſſent. C. XXVII. Giſulfus Be/neuentanorū
ctor Surā Romanorū ciuitatem, Hirpinū, atq̄ Arcon pari modo oppida cœ dux
pit. Qui Giſulfus tpe Ioānis papę cū omni ſua virtute Campaniā venit, incēdia & Ioānes Pont. Max.

deprędatiões faciens/multos captiuorũ cœpit:& vſq; in locũ qui Horrea dicit͂,caſtra metatus eſt:nulluſq; ei reſiſtere potuit.Ad hunc pontifex miſſis ſacerdotibus cum apoſtolicis donarijs/vniuerſos captiuos de eorũ manibus redemit: ipſumq; ducem cũ ſuo exercitu ad ꝓpria repedare fecit. Caput. XXVIII.

Aripertus rex

HOc tẽpore Aripertus rex Langobardorũ donationẽ patrimonij Alpiũ Cocciarum quæ quondam ad ius pertinuerant apoſtolicę ſedis:ſed a Langobardis multo tempore fuerat ablata/reſtituit:& hanc donationẽ aureis exaratã literis,Romam direxit.His etiã diebus duo reges Saxonũ ad veſtigia apoſtolorũ Romã venientes,ſub velocitate vt optabant/defuncti ſunt. Caput.XXIX.

Reges Saxonũ

Benedictus archiepiſcopus Mediolanẽſis.

TVnc q̃q; venit Benedictus archiep̃s Mediolanenſis Romã, & cauſam egit ꝓ eccleſia Ticinẽſi:ſed victus eſt:eo q a priſcis tpib⁹ Ticinẽſes ep̃i,a Romana fuerant eccleſia cõſecrati.Fuit aũt iſdẽ venerabilis Benedictus archiep̃s vir egregię ſanctitatis:de quo per vniuerſam Italiã bonę opinionis fama flagrauit. Ca.XXX.

Traſemũdus Spoletanorũ dux obijt
Faroaldus
Vuachilapus.

IGitur defuncto Traſemundo duce Spolitanorũ/ Faroaldus eius filius in loco patris eſt ſubrogatus.Deniq; Vuachilapus germanus fuit Traſemundi:& cum fratre pariter eundem rexit ducatum. Caput.XXXI.

Iuſtinianus Cæſ.
Terebellus Bulgarum rex
Leo
Tyberius
Gallicinus
Cyrus
Conſtantinus papa

AT vero Iuſtinianus,qui amiſſo principatu in ponto exulabat,auxilio Terebelli Bulgarũ regis,regnũ rurſus recipiens,eos qui ſe expulerãt patricios occidit. Leonẽ q̃q; & Tyberiũ,q locũ eius vſurpauerãt/cœpit:& in medio circo corã om̃i populo iugulari fecit.Gallicinũ vero patriarchã Conſtãtinopolitanũ erutis oculis Romã miſit.Cyrumq; abbatẽ qui eũ in ponto exulẽ aluerat,ep̃m in loco Gallicini conſtituit.Hic Conſtãtinũ papã ad ſe venire iubens,honorifice ſuſcepit ac remiſit: quẽ ꝓſtrat⁹ in terrã ꝓ ſuis peccatis intercedere rogãs,cuncta eius eccleſię priuilegia renouauit.Ca.XXXII.

Philippicus

QVi cũ exercitũ in pontũ mitteret/ad cõpręhẽdendum Philippicũ quẽ ibi relegauerat, multũ eum iſdem venerabilis papa ꝓhibuit,ne hoc facere deberet:ſed tñ inhibere nõ potuit.Exercitus q̃q; qui miſſus contra Philippicũ fuerat/ad partẽ ſe Philippici cõtulit,eũq; imperatorẽ fecit. Qui Conſtantinopolim contra Iuſtinianũ veniens,cũ eo ab vrbe miliario duodecimo pugnauit, vicit & occidit:regnũq; eius adeptus eſt.Imperauit aũt Iuſtinianus cum filio Tyberio in hac ſecunda vice annos ſex:quẽ Leo in expulſiõe illius narib⁹ detrũcauit. Qui poſt iterũ aſſumpto imperio, q̃tiens defluentẽ guttã reumatis manu deterſit,pene totiens aliquẽ ex his q contra eũ fuerant/iugulari p̃cepit.C.XXXIII

Iuſtinianus
Tyberius.
Leo

Petrus
Serenus

MOrtuo deniq; his dieb⁹ patriarcha Petro,regimẽ Aquileiẽſis eccleſię ſuſcepit Seren⁹,q fuit vir ſimplicitate p̃dit⁹,& ad Chriſti ſeruitiũ ꝓn⁹.C.XXXIIII.

Philippicus
Cyrus 3

AT vero Philippicus,q & Bardanis dictus eſt,poſtq̃ in imperiali dignitate cõfirmatus eſt,Cyrũ de quo dixeramus de pontificatu eiectum ad gubernandũ monaſteriũ ſuũ/Pontũ redire pręcepit.Hic Philippicus Conſtantino papę literas praui dogmatis direxit:quas ille cum apoſtolicę ſedis conſilio reſpuit:& huius rei cauſa fecit picturas in porticu ſancti Petri:quę geſta ſex ſanctarũ ſynodorũ vniuerſaliũ retinent.Nam & huiuſmodi picturas cum haberent in vrbe regia,Philippic⁹ iuſſerat auferri:ſtatuitq; populus Romanus,ne hęretici Impatoris nomen/ aut cartas/aut figurã ſolidis ſuſciperent.Vñ nec effigies in eccleſia introducta eſt,nec nomen ad miſſarũ ſolennia ꝓlatũ.Hic cũ annũ vnũ & ſex menſibus regnũ geſſiſſet,

...ſ ſolidi

contra eū Anastasius, q̄ & Artemius dictus est/insurgēs, cū regno expulit: oculisq́ priuauit, nec tamen occidit. Hic Anastasius literas Constantino papę Romam per Scolasticū patriciū & exarchū Italię direxit: quibus se fautorē catholicę fidei, & sancti sexti concilij prædicatorē esse declarauit. Anastasius Artemius Constantinus papa

Caput. XXXV.

IGitur postq́ Ansprand apud Baioariā iam nouē expletis annis exulasset, ꝓmoto tandem Teutpert decimo anno Baioariorū ductor exercitu venit Italiā: pugnauitq́ cū Ariperto: & facta est ex vtraq́ parte multa strages populorum. Sed q̄uis ad extremū nox p̄liū diremisset, certū tn̄ est Baioarios terga prębuisse: & Ariperti exercitū victorem ad castra remeasse. Sed dum Aripert in castris manere noluisset, sed potius Ticinū ciuitatē introisset, & suis hoc facto desperationē, & aduersarijs audaciā præbuit. Qui postq́ in ciuitatē regressus est/& sensisset quia ꝓ hoc facto suum exercitū offensum haberet, mox accepto consilio vt in Franciā fugeret, quantum sibi vtile duxit/ex palatio aurū sustulit. Qui dum fluuiū Ticinū grauatus auro transnatare voluisset, ibi corruens suffocatus aquis/extinctus est. Cuius in crastinū diem corpus inuentū/in palatio ordinatū/ac deinde ad basilicā domini saluatoris quam antiquus Aripert cōstruxerat prolatū, ibiq́ sepultū est. Hic in diebus quibus regnū tenuit/noctu egrediens/& hac illacq́ pergēs, quid de eo a singulis ciuitatibus diceret/per semetipsum explorabat: ac diligenter qualem iusticiā singuli iudices populo suo facerent/inuestigabat. Hic aduenientibus ad se exterarum gentiū legatis, vilibus coram eis vestibus siue pellicijs vtebat: vtq́ minus Italię insidiarent, nunq̄ eis preciosa vina/vel cęterarū rerum delitias ministrabat. Regnauit aūt cum patre Ragunperto siue solus vsq́ ad annum duodecimū. Fuit q̄q́ vir pius: elemosynis deditus: ac iusticiæ amator. In cuius temporibus terrę vbertas nimia, sed tempora fuere barbarica. Huius germanus Guntpertus eo tempore in Franciam fugiens/ibidem vsq́ ad diem suæ mortis permansit. Huic fuerunt filij tres: quorū qui maior natu extitit Ragunpertus nomine/ nostris diebus Aurelianensem ciuitatē rexit. Post cuius Ariperti funus Lansprand Langobardorū regno potitus, tres solummodo menses regnauit: vir per omnia egregius: & cuius sapientię rari ęquādi sunt. Cernētes Langobardi huius interitū, Luitprādū eiꝰ filiū in regali solio cōstituūt. Qđ Lāsprād dū adhuc viueret audiēs/valde lętatꝰ est. Teutpertus Aripert Ansprand

C. xxxvi

HOc tempore Anastasius Imperator classem in Alexādriam contra Sarracenos direxit. Cuius exercitus ad alium versus consilium ab itinere medio, Constantinopolitanam vrbem regressus, Theodosium orthodoxum inquirens, Imperatorem elegit: atq; coactum in solio imperij confirmauit. Qui Theodosius apud Nicenam ciuitatem Anastasium graui prelio vicit: datoq; sibi sacramento, eum clericum fieri/ac presbyterū fecit ordinari. Ipse vero vt regnū accepit, mox in regia vrbe imaginem illam venerandam in qua sancta synodus erat depicta: & a Philippico fuerat deiecta/pristino loco erexit. His diebus ita Tyberis fluuius inundauit vt alueum suum egressus, multa Romanæ fecerit exitia ciuitati: ita vt in via lata ad vnam & semis staturam excresceret: atq; a porta sancti Petri vsq́ ad pontem Miluium aquę se distendentes coniungerent.

Caput. XXXVII.

HIs tēporibus multi Anglorū gentis nobiles & ignobiles/viri & fœminę/duces & priuati diuini amoris instinctu de Britānia Romā venire consueuerūt:

Apud regnũ Francorũ tunc temporis Pippinus obtinebat principatum. Fuit aũt vir miræ audaciç, qui hostes suos statim aggrediendo cõterebat. Nã supra quẽdã suũ aduersariũ Rhenũ transgressus, cũ vno tm̃ satellite suo irruit: eũq; in suo cubiculo residentẽ cũ suis trucidauit. Bella q̃q; multa cũ Saxonibus, & maxime cũ Rappoto Frisonum rege fortiter gessit. Hic & alios filios habuit: sed ex his pręcipuus Karolus extitit, qui ei post in principatu successit. Caput. XXXVIII.

AT vero Luitprand rex cũ in regno cõfirmatus esset, eũ Rothari consanguineus eius perimere voluit. Is. n. conuiuiũ ei in domo sua apud Ticinũ præparauit: in qua domo viros fortissimos, qui regẽ conuiuantẽ extinguerent, armatos abscondit. Quod cũ Luitprãdo nunciatũ fuisset, eũ ad palatiũ suũ euocari præcepit. Quẽ sicut ei dictum fuerat/loricã sub veste indutũ, ipse manu ptractans repperit. Qui Rothari cũ se detectũ cognouisset, statim post se exiliens, spatã euaginauit vt regẽ percuteret. Econtra rex suũ ensem e vagina exemit. Tunc vnus e regijs satellitibus nomine Subo, Rothari a tergo cõpræhendens, ab eo in fronte vulneratus est: super quẽ Rothari & alij insilientes, eũ ibidem occiderũt. Quatuor vero eius filij q̃ non aderant, vbi inuenti/ibi & perempti sunt. Fuit aũt rex Luitprand vir multæ audaciç, ita vt cũ eum duo armigeri eius occidere cogitarent, & hoc ei perlatũ fuisset, in ꝓfundissimã siluã cũ eis solus ingressus, mox euaginatũ gladiũ contra eos tenens eisdem quia eũ occidere cogitauerint/improperauit: quod vt facere deberent/hortatus est. Qui statim eius pedibus ꝓuoluti, ei sunt quæ machinauerunt/cuncta ꝓfessi: & de alijs q̃q; hoc similiter fecit: sed tñ confessis/mox tantę malitiæ culpã pepercit. Cap. XXXIX.

aľs egressus.

DEfuncto itaq; Gisulfo Beneuentano duce, Samnitũ populum Romuald eius filius ad regendum suscepit. Caput. XL.

aľs hic

CIrca hæc tẽpora Petronax ciuis Brexianę vrbis diuino amore cõpunctus, Romam venit: hortatuq; tunc Gregorij apostolicę sedis papę huc Cassinũ castrũ petijt: atq; ad sacrũ corpus beati Benedicti patris perueniens, ibi cũ aliquibus simplicibus viris, iã ante residentibus habitare cœpit. Qui eundem venerabilem virũ Petronacẽ sibi seniorẽ statuerunt. Hic non post multũ tempus cooperante diuina misericordia, & suffragantibus meritis beati Benedicti patris: iamq; euolutis fere centum & decẽ annis, ex quo locus ille habitatione hoĩm destitutus erat, multorũ ibi monachorũ nobiliũ & mediocriũ ad se cõcurrentiũ, pater effectus, sub sanctę regulę iugo, & beati Benedicti institutione reparatis habitaculis viuere cœpit: atq; hoc sanctum cœnobiũ in statũ quo nunc cernitᷣ/erexit. Huic venerabili viro Petronaci in sequenti tp̃e sacerdotũ præcipuus, & deo dilectus pontifex Zacharias plura adiutoria contulit: libros scilicet sanctæ scripturę: & alia quæq; quæ ad vtilitatẽ monasterij pertinent: insuper & regulã quã beatus pater Benedictus suis sanctis manibus cõscripsit, paterna pietate concessit. Monasteriũ vero beati Vincentij martyris quod iuxta Vulturni fluminis fontẽ sitũ est: & nũc magna cõgregatione refulget, a tribus nobilibus fratribus, hoc est Tato, Taso & Paldo, iam tunc ædificatũ sicut viri eruditissimi Autperti eiusdẽ monasterij abbatis in volumine qđ de hac re composuit/scripta significant. Superstite sane adhuc beato papa Gregorio Romanę sedis, Cumanũ castrũ a Langobardis Beneuẽtanis peruasum est: sed a duce Neapolitano noctu superueniẽte, q̃dam ex Langobardis capti, q̃dã perẽpti sunt.

Castrū q̃cꝫ ipsum a Romanis est receptū: pro cuius castri redēptione pontifex septuaginta libras auri sicut primitus promiserat/ dedit. Caput. XLI.

INter hæc defuncto Imperatore Theodosio, qui vno solummodo imperiū rexerat anno, eius in loco Leo Augustus subrogatur. Caput. XLII.

APud Francorū quocꝫ gentē Pipino vita exempto, eius filius Karolus de quo ꝑmiseramus, licet per multa bella & certamina de manu Ragunfridi principatū sustulit, Nam cū in custodia teneret, diuino nutu ereptus aufugit. Ac primū cōtra Ragunfridū cū paucis bis, tercꝫ certamē iniit/ nouissimecꝫ eum apud vincia cū magno certamine superauit. Cui tñ vnā, hoc est Andagauensem ciuitatē cōcessit ad habitādū, cūctam vero Francorū gentē ipse gubernandā suscepit. Ca. XLiij.

EO tēpore Luitprādus rex donationē patrimonij Alpiū Cocciarū Romanæ ecclesię confirmauit; Nec multū post idem regnator Guntrudā filiam Neuperti Baioariorū ducis apud quē exulauerat in matrimoniū duxit: de qua vnā solūmodo filiā genuit. Caput. XLIIII.

PEr hæc tpa Faroaldus Spolitanorū ductor Classem ciuitatē Rauēnatiū inuasit: sed iussu regis Luitprādi iisdem Romanis reddita est. Contra hunc Faroaldum ducē filius suus Trasemūdus insurrexit: eūcꝫ clericū faciēs, locum eius inuasit. His diebus Theodo Baioariorū dux gentis orationis gratia Romam ad beatorū apostolorū vestigia venit. Caput. XLV.

APud Forumiuli igit̃ sublato e rebus humanis patriarcha Sereno, Calistus vir egregius qui erat Taruisianę ecclesiæ archidiacon⁹ adnitēte Luitprando principe Aquileiensem ecclesiā regēdam suscepit: quo vt diximus, in tempore Pemmo Foroiulanis pręerat Langobardis. Is cū iam nobiliū quos cū suis natis nutrierat filios; eos iam ad iuuenilem perduxisset ætatem, repente ei nuntius venit, immēsam Sclauorū multitudinē in locū qui Lauriana dicit̃ aduentasse. Cum q̃bus ille iuuenibus super eosdem Sclauos tertio irruens, magna eos clade prostrauit: nec amplius ibi aliq̃s a parte Langobardorū cecidit/ q̄ Sigualdus qui erat iā ętate grandęuus. Iste nācꝫ in superiori pugna quę sub Ferdulfo facta est, duos filios amiserat. Qui cū prima & secunda vice iuxta voluntatē suā se de Sclauis vltus esset, tertia vice prohibente duce/ & aliis Langobardis, nō potuit inhiberi/ sed ita eis respōdit. Iā satis inquit, meorū filiorum mortē vindicaui: etiā si ad me venerit/ lętus suscipiā mortē. Factumcꝫ est: & ipse solus in eadem pugna pereptus est. Pemmo vero cū multos inimicorū ꝓstrauisset, metuens ne aliquem suorū amplius in bello perderet, cum eisdem Sclauis in eodē loco pacis concordiā iniit: atcꝫ ex illo iam tempore magis ac magis cœperunt Sclaui Foroiulanorū arma formidare. Caput. XLVI.

EO tempore gens Sarracenorum in loco qui Septem dicitur, ex Africa transfretantes, vniuersam Hispaniā inuaserunt. Deinde post decem annos cū vxorib⁹ & paruulis venientes, Aquitaniā Gallię ꝓuinciā, quasi habitaturi ingressi sunt. Karolus siquidem cū Eudone Aquitanię principe tunc discordiā habebat. Qui tamē in vnū se coniūgentes/ cōtra eosdē Sarracenos pari consilio dimicarunt. Nā irruentes Franci super eos, trecenta septuaginta q̃ncꝫ milia Sarracenorum interemerunt. Ex Francorum vero parte mille & quingenti tantum ibi ceciderunt. Eudo quocꝫ cum suis super eorum castra irruens, pari modo multos interficiens/ omnia deuastauit. Caput. XLVII.

Constantinopolis a Sarracenis obsidetur

HOc etiam tempore eadem Sarracenorũ gens cum immenso exercitu veniens, Constantinopolim circumdedit: ac per continuum trienniũ obsedit, donec ciuibus multa instantia ad deum clamantibus/plurimi eorum fame & frigore, bello pestilentiaq; perirent, ac sic per tempus obsidionis abscederent. Qui inde egressi/Bulgarũ gentem quæ est super Danubiũ, bello aggrediuntur: & ab hac quoq; victi/ad suas naues refugiunt: quibus cum altũ peterent, ingruẽte subita tempestate, plurimi etiam mersis/siue contritis nauibus perierunt. Intra Constantinopolim vero trecenta milia hominum pestilentia interierunt. Caput. XLVIII.

Translatio S. Augustini Papiam

LVitprandus quoq; audiens/q̃ Sarraceni depopulata Sardinia/etiã loca illa vbi ossa, sancti Augustini episcopi propter vastationem barbarorũ olim translata & honorifice fuerant condita fœdarent, misit & dato magno p̃cio accepit: & transtulit ea in vrbem Ticinensem: ibiq; cũ debito tanti patris honore recondidit. His diebus Narnia ciuitas a Langobardis peruasa est. Caput. XLIX.

EOq; tempore rex Luitprandus Rauennam obsedit: classem inuasit atq; destruxit. Tunc Paulus patricius ex Rauenna misit, qui pontificẽ interimerẽt: sed Langobardis pro defensione pontificis repugnãtib⁹ Spoletanis in salario ponte: & ex alijs partibus Langobardis Tuscis resistentibus/consilium Rauennatiũ dissipatũ est.

Contentio de imaginibus dei & sanctorum delendis

Hac tempestate Leo Imperator apud Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit: Romanoq; pontifici similia facere, sic imperialem gratiam habere vellet/mandauit: sed pontifex hoc facere contempsit: omnis quoq; Rauennę exercitus/vel Venetiarũ talibus iussis vno animo restiterunt. Et nisi eos pontifex ꝓhibuisset, Imperatorem super se constituere sunt aggressi. Rex quoq; Luitprant castra Aemilię Foronianũ & montem bellium, buxetaq; persiceta, Bononiam & Pentapolim, Auximumq; inuasit. Pari quoq; modo tunc & Sutrium peruasit: sed post aliquot dies iterum Romanis redditum est. Per idem tempus Leo Augustus ad peiora progressus est, ita vt cõpelleret omnes Constantinopolim habitantes, tam vi/q̃ blandimentis, vt deponerent, vbicũq; haberent imagines tã saluatoris/q̃q; eius sanctæ genitricis, vel omniũ sanctorum: easq; in medio ciuitatis incendio concremari fecit. Et quia plęriq; ex populo tale scelus fieri præpediebant aliquanti ex eis capite truncati/alĳ corporis parte mulctati sunt. Cuius errori germanus patriarcha nõ consentiens, a propria sede depulsus est: & eius in loco Anastasius presbyter ordinatus est. Caput. L.

ROmuald deniq; dux Beneuenti vxorem sortitus est Guntpergã nomine: quæ fuit filia Auronę Luitprãdi regis sororis. De qua filium genuit: quem nomine sui patris Gisulfum appellauit. Habuit rursum post hanc & aliã coniugem nomine Raingundam filiam Gaidoaldi Brexiani ducis. Cput. LI.

GRauis sane per idem tempus inter Pemonem ducem, & Calistum patriachã discordiæ rixa surrexit. Causa autem huius discordiæ ista fuit. Adueniens anteriori tempore Fidentius episcopus de castro Iuliensi cum voluntate superiorum ducum intra Forolulani castri muros habitauit: ibiq; sui episcopat⁹ sedem statuit. Quo vita decedente/Amator in eius loco episcopus ordinatus est. Vsq; ad eundẽ enim diem superiores patriarchæ, quia in Aquileia ꝓpter Romanorũ incursionẽ

habitare minime poterãt, sedem non in Foroiuli, sed in cormones habebãt. Quod Calisto qui erat nobilitate cõspicuus, satis displicuit, vt in eius diocesi cum duce & Langobardis episcopus habitaret, & ipse tantũ vulgo sotiat⁹ vitam duceret. Quid plura? Contra eundẽ Amatorẽ episcopũ egit/eumq; de Foroiuli expulit: atq; in illius domo sibi habitationẽ statuit. Hac de causa Pemmo dux contra eundem patriarcham cum multis nobilibus Langobardis consiliũ inijt: appræhensumq; eũ ad castellum Pontium quod supra mare situm est/duxit: indeq; eum in mare præcipitare voluit: sed tamen deo inhibente/minime fecit: intra carcerem tamen eum retentum/pane tribulationis sustentauit. Quod rex Luitprand audiens/in magnam iram exarsit: ducatũq; Pemmoni auferens, Ratchis eius filium in eius loco ordinauit. Tunc Pemmo cum suis disposuit vt in Sclauorum patriã fugeret, sed Ratchis eius filius a rege supplicauit: patremq; in regis gratiã reduxit. Accepta itaq; Pemmo fiducia/ꝙ nihil mali pateretur, ad regem cũ omnibus Langobardis cum quibus consiliũ habuerat/perrexit. Tunc rex in iudicio residens/Pemmonem & eius duos filios Ratchait & Ahistulfum, Ratchis concedens/eos post suam sedem consistere præcepit. Rex vero eleuata voce omnes illos qui Pemmoni adhęserant, nominatiue compręhendere iussit. Tunc Ahistulf dolorem non ferens, euaginato pene gladio, regem percutere voluit, nisi eũ Ratchis suus germanus cohibuisset. Hoc modo his Langobardis compręhensis/Hersemar qui vnus ex eis fuerat/euaginato gladio multis se insequentibus ipse se viriliter defensans, in basilicã beati Michaelis confugit: ac deinde regis indulgentiam solus impunitatem promeruit, cęteris longo tempore in vinculis excruciatis. Caput. LII. afs. Hersema

RAtchis deniq; apud Forumiuli dux vt dixeramus effectus in Carniolam Sclauorum patriam cũ suis ingressus/magnã multitudinem Sclauorũ interficiens, eorũ omnia deuastauit. Vbi cũ Sclaui sup eũ subito irruissent, & ipse adhuc lanceam suam ab armigero non abstulisset, eum qui primus ei occurrit, claua quã manu gestabat percutiens, eius vitam extinxit. Caput. LIII.

CIrca hæc tempora Karolus princeps Francorũ Pipinũ suum filiũ ad Luitprandum direxit, vt eius iuxta morẽ capillum susciperet. Qui eius cęsariẽ incidens, ei pater effectus est: multisq; ditatũ regijs muneribus/genitori remisit. Ca. LIIII.

PEr idem tempus Sarracenorũ exercitus rursum in Galliam introiens, multam deuastationẽ fecit. Contra quos Karolus non longe a Narbone bellum cõmittens, eos sicut & prius maxima cede prostrauit. Iterato Sarraceni Gallorũ fines ingressi vsq; ad prouinciam venerunt: & capta Arelate/omnia circũquaq; demoliti sunt. Tunc Karolus legatos cum muneribus ad Luitprandum regem mittens, ab eo contra Sarracenos auxiliũ poposcit. Qui nihil moratus, cum omni Langobardorum exercitu in eius adiutorium properauit. Quo comperto gens Sarracenorũ mox ab illis regionibus aufugit: Luitprand vero cum omni suo exercitu ad Italiã redijt. Multa idem regnator cõtra Romanos bella gessit: in quibus semper victor extitit: præter ꝙ semel in Arimino eo absente eius exercitus cęsus est: & alia vice cũ apud vicum Pilleum rege in Pentapoli demorante magna multitudo eorum qui regi munuscula, vel xenia, vel singularum ecclesiarũ benedictionem deferebant, a Romanis irruentibus cęsa vel capta est. Rursus cum Rauẽnã Hildeprandus regis

nepos & Peredeo Vicentinus dux obtinerent, irruentibus subito Veneticis Hildeprandus ab eis captus est: Peredeo viriliter pugnans occubuit. Insequenti quoq; tempore Romani elatione solita turgidi congregati vniuersaliter, habentes in capite Agathonem Perusinorũ ducẽ, venerunt vt Bononiam comprehenderent: vbi tunc Vualcari Peredeo & Rottari morabant in castris. Qui super Romanos irruentes/multam de eis stragem fecerunt: reliquosq; fugã petere cõpulerũt. Ca. LV.

His diebus Trasemũdus contra regẽ rebellauit. Super quẽ rex cum exercitu veniens, ipse Trasemundus Romã fugiens petijt. In cuius loco Hildericus ordinatus est. Mortuo aũt Romualdo iuniore Beneuentanorũ duce qui viginti & sex ducatũ tenuerat annis, Gisulfus eius filius adhuc paruulus remansit. Contra quem aliqui insurgentes/eum moliti sunt extinguere: sed Beneuentanorum populus qui suis ductoribus semper fidelis extitit, eos peremerũt, sui ducis vitã seruantes. Qui Gisulfus dum adhuc propter ętatem puerilem idoneus ad tantũ populum regendum non esset, Luitprand rex Beneuentum tunc veniens, eum exinde abstulit: & apud Beneuentũ suum nepotem Gregoriũ ducem ordinauit. Cui in matrimonio vxor sotiata Giselperga nomine fuit. Ita rex Luitprand rebus cõpositis ad suum solium remeauit: Gisulfumq; nepotem suum paterna pietate erudiens, ei Coniipergam nobili ortã progenie in matrimoniũ iunxit. Ipse rex eo tempore in languorẽ decidens/morti approximauit. Quẽ Langobardi vita excedere existimantes/eius nepotem Hildeprandum foras muros ciuitatis ad basilicam sanctę dei genitricis, quæ ad perticas dicitᷣ, regem leuauerunt. Cui dum contum sicut moris est/traderent, in eius conti summitate Cucculus auis volitando veniens insedit. Tunc aliquibus prudentibus hoc portento visum eum significari eius principatum inutilem fore. Rex aũt Luitprand cum hoc cognouisset, non ęquo animo accepit, tamen de infirmitate conualescens, eum regni sui consortem habuit. Euolutis dehinc aliquot annis, Trasemũdus q Romam fugerat/Spoletiũ rediens, Hildericũ extinxit. Rursumq; contra regem rebellionis audaciam sumpsit. Caput. LVI.

AT vero Gregorius dum apud Beneuentũ annis septem ducatum gessisset, vita exemptus est. Post cuius obitũ Godescalcus dux effectus, annis tribus Beneuentanis præfuit. Cui in coniugio vxor sotiata nomine Anna fuit. Rex igiᷣ Luitprand talia de Spoletio siue Beneuento audiens, rursum cũ exercitu Spoletiũ petijt. Qui Pentapolim veniens/dum a Fano ciuitate forũ Simpronij pergeret, in silua quæ in medio est, Spoletini se cum Romanis sotiantes, magna incõmoda regis exercitui intulerunt. Qui rex in nouissimo loco Ratchis ducem, & eius fratrẽ Ahistulfum cum Foroiulanis constituit. Supra quos Spoletini & Romani irruentes, aliquos ex eis vulnerauerunt: sed tamẽ Ratchis cum suo germano, & aliquibus viris fortissimis omne illud pugnę pondus sustinentes, viriliterq; certãtes, multisq; trucidatis, se suosq; exinde præter vt dixi, paucis sautiatis exemerũt. Ibi qdam Spolitanorũ fortissimꝰ Berto nomine nominatiue Ratchis acclamãs, armis instructus, super eũ venit. Quem Ratchis subito percutiens, equo deiecit. Cumq; eũ eius sotij perimere vellent, eum pietate solita fugere permisit. Qui manibus, pedibusq; repens, siluam ingressus euasit. Super Ahistulfum vero in quodam ponte duo fortissimi Spolitani a tergo veniẽtes, vnũ eorũ auersa cuspide feriẽs, de eodẽ ponte

deiecit. Alterũ vero subito ad eũ conuersus/ vita priuatũ, post sotiũ mersit.

AT vero Luitprand Spoletiũ perueniens, Trasemundum ducatu expulit: eũq; clericum fecit. Cuius in loco Agiprandum suum nepotẽ constituit. Cum vero Beneuentũ ꝑperaret Godescalcus audito eius aduentu/ nauem conscendere, atq; in Græciã fugere molitus est. Qui postq; vxorem & cunctam suppellectilem suã naui imposuisset, & nouissime ipse ascendere vellet, irruentibus Beneuentanis Gisulfi fidelibus, extinctus est. Vxor sane illius cũ omnibus quæ habebat/ Cõstãtinopolim perlata est. Tunc rex Luitprand Beneuentũ perueniens, Gisulfum suũ nepotem iterum in loco proprio ducem cõstituit: rebusq; ita compositis/ ad suum palatiũ remeauit. Hic gloriosissimus rex multas in christi honore per singula loca vbi degere solebat/ basilicas construxit. Hic monasterium beati Petri quod foras muros Ticinensis ciuitatis sitũ est, & cœlum aureum appellat/ instituit. In summa quoq; Bardonis alpe monasteriũ quod Bercetũ dicit/ ędificauit. In Olona nihilo minus suo proastio miro opere in honore sancti Anastasij martyris christo domicilium statuit: in quo & monasteriũ fecit. Pari etiam modo multa per loca singula diuina tẽpla instituit. Intra suũ quoq; palatiũ oraculũ dñi saluatoris ędificauit: & quod nulli alij reges habuerant, sacerdotes & clericos instituit, qui ei diuina quottidie officia decantarent. Huius regis tpibus fuit in loco, cui Forũ nomen est, iuxta fluuiũ Tanarum vir mirę sanctitatis Baodolinus nomine: q multis miraculis Christi gratia suffragante refulsit. Qui sępe futura prædixit: absentia quoq; quasi præsentia nuntiauit. Deniq; dum rex Luitprand in vrbem Siluam venatum isset, vnus ex eius comitibus ceruum sagitta percutere nisus, eiusdem regis nepotẽ, hoc est sororis eius filium Aufusum nomine nolens sauciauit. Quod rex cernẽs, valde enim eundem puerũ amabat, cum lachrymis eius incommodum lamentari cœpit. Statimq; vnũ e suis equitẽ misit, qui ad virũ dei Baodolinũ curreret, eumq; peteret vt pro vita eiusdem pueri Christum supplicaret. Qui cum ad seruũ dei pergeret, puer defunctus est. Cui Christi famulus ad se peruenienti ita dixit. Scio quã ob causam veneris, sed illud quod postulare missus es, iam fieri non potest: quia puer ille defunctus est. Quod cũ is qui missus fuerat regi quod a seruo dei audierat renunciasset, rex licet doluerit q effectum supplicationis suę habere nõ potuit: tamẽ quia vir domini Baodolinus prophetię spiritum habuerit, aperte cognouit. Huic quoq; nõ dissimilis apud Veronensem ciuitatẽ Teudelapius nomine fuit: qui inter miranda quæ patrabat, pręsago etiã spiritu multa quæ erant ventura, prędixit. Eo quoq; tempore floruit vita vel actibus Ticinensis ecclesię episcopus Petrus: q quia regis erat consanguineus, ab Ariperto quondam rege apud Spoletiũ exilio fuerat retrusus. Huic beati martyris Sauini ecclesiam frequẽtanti, isdem venerabilis martyr prænunciauit/ q episcopus apud Ticinũ futurus esset. Qui postea cum factum fuisset/ basilicam eidem beato martyri Sauino in solo ꝓprio apud eandem ciuitatem construxit. Hic inter reliquas optimę vitę quas habuit virtutes etiam virginitatis flore decoratus emicuit: cuius nos aliquod miraculum quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus. At vero Luitprand postq; triginta & vno annis, septemq; mensibus regnum obtinuit, iam ętate maturus, huius vitę cursum expleuit: corpusq; eius in basilica beati Hadriani martyris, vbi & eius gẽ

al's Nolanã

nitor requiescit/sepultum est. Fuit autem vir multę sapiētię, consilio sagax, pius admodum & pacis amator: belli præpotens: delinquētibus clemens: castus, pudicus, orator, peruigil, elemosynis largus: literarū quidē ignarus, sed philosophis ęquandus: nutritor gentis: legum augmentator. Hic initio regni sui Baioariorum plurima castra cœpit: plus semp oratiōibus/q̄ armis fidens: maxima semper cura Francorum, Auarumq; pacem custodiens.

Pauli Diaconi Foroiuliensis historiæ Langobardicæ liber sextus finit.

Errata in Iornande.

A.iij.pagina.ij.versu.xiiij.Mauortuis.Mauortius.B.i.pag.i.ver.xviij.cōnersari.cōuersari.ver.xxv.induebantur.inbuebantur.ver.xxvij.pastem.partē.ver.xxxiiij.cautionibus.cantionibus.ver.xliij.Bastęue.Bastęnę.pag.ij.ver.i.fluuio.fluuij.ver.xij.vastaueruni.vastauerunt.ver.xv.& in ciuitates.& ciuitates.ver.xxij.idem.id est.
B.ij.pag.i.ver.vi.reliquis.reliquijs.ver.xxv.Traciscæ.Tracisce.pag.ij.ver.i.feruitutem.seruitutem.ver.iij.idem.id est.ver.iiij.Romani. Roma. dispendia. stipendia. ver.v.Mam.Nam.ver.xiij.triginta.al's.trecenta.ver.xx. Macrianopolim. Marcianopolim.egrediuntur.aggrediuntur.ver.xxi. Macrianopolim. Marcianopolim. ver.xxv.pota cognominato.potami cognomento.ver.xxviij. campestris. compertis.ver.xxxvi.nacta.forte.vecta.ver.xxxvij.conuiuio.forte.cōuitio.B.iij.pag.i. ver.ij.consilium.asylum.ver.iij.gentes.gentem.ver.iiij.interfectionem. internecionem. ver.vi.contestatione.concertatione.ver.vij.patrias.patrios.ver.ix.quęritans. queritans.ver.xiiij.nimium.nimij.ver.xv. Ancha. Aucha.ver.xix.pudendus obprobrij humilitatus.pudendis obprobrijs humiliatus.ver.xxviij.Philippolim. Philippopolim.ver.xxxi.fluminis.fulminis.ver.xxxiij.perturbauit.proturbauit.ver. xxxiiij. Toste.Hoste.ver.xxxix.effectum.forte. affectum. ver.xli. circumspectus. circumseptus.pag.ij.ver.vij.nec a quoquā.al's.necquoquā. ver.ix.quæ.quem.ver. xv. reportatum.reputatum.ver.xxij.Bithinę. Bithynię.ver.xxiij.a vicijs.auitus. ver. xxix. vicina.vicinam.adueunt.adeunt.ver.xxx.intra.inter.ver.xxxij.Anchalitanę. Anchialitanę.ver.xliiij. Thessalonica.i Thessalonica.trucidare.trucidarūt.B.iiij.pag.i. ver. xxiij.ex consule.exconsule.ver.xxiiij.excidente.forte. excedente. ver. xliij. Astrorū. Aestrorum.pag.ij.ver.viij.perturbat.proturbat.ver.xvij.inquirere. inquirūt. ver. xxi.Quo credo spiritus sunt illi.Quod credo spirit⁹ illi.ver.xxv.viā.via.ver.xxviij Itamoros Tuncasos & Boistos.Itamarōs Tuncassos & Boiscos.ver.xxxviij. cicatrices.p cicatrices.ver.xxxix.stapulis.scapulis.sagittaq;.sagittasq;.ver.xli.multorūq; multarumq;.B.v.pag.i.ver.i.Rosomorum.Rosomonorum.ver.iij.Sumelch. Sunielh. ver.v.incitāsq;.incitatisq;.Ermanaricus rex percutit̄.abundat.ver.vi. Amnius.Ammius.ver.x.Intra.Inter.ver.xvi.Romam.Romaniā.ver.xxi.susceptusq;. su-

ſceptoſq̨.ver.xxviiij.notionem.nationem.ver.xxxvi.morticinia.morticina. pag. ij. ver.i.in prætorio.intus in prætorio.ver.iiij.intonaret.intonaret.ver.xviij. poſttāti poſt tanti.ver.xxiij.ap.ad.B.vi.pag.i.ver.xv.intra.inter.ver.xxi.Venetij.alſ.Enetij ver.xxiiij.Ephyros.forte Epiros.ver.xxvi.A Septentrione alius. A ſeptentrionali. ver.xxxi.qd. qđ.ver.xxxiiij.molliciæ.mollicie.ver.xxxv.Veſagotharū. Veſegotha rum.ver.xxxix.quiſque.quis quē.ver.xliij.Gizengerici. Gyzerici.Vuandelorum. Vuandalorum.pag.ij.ver.iiij.Mariam Ermantiam.Mariam & Ermantiam. ver. vi.Tocciarum.Cocciarum.ver.x.interfectionem.internecionem.ver.xiiij. At. Ad. ver.xvij.Bricios.forte.Brutios.ver.xx.Tyrenno.Tyrreno.ver.xxvij.diriuant. forte.deriuant.ver.xxviij.a Pedemōtis.a pede mōtis.ver.xxxvi.Germaniā.Germanā. C.i.pag.i.ver.i.Vuandali & Alani.Vuandali.alſ.Alani.ver. xvij.in cuius. vicinis. ver.xxxvij.egeritur.egerit.pag.ij.ver.ix.generi.genere.ver.xix. finem. pacem. ver. xx.exigit.nō exigit.ver.xxvi.catalago.catalogo.ver.xxxiij.eximrj.eximiā.ver.xxxviij gentis:alſ.mentis.ver.xlij.huius.Hunis.C.ij.pag.i.ver.i.fortiſſimarum.fortiſſimo rum.ver.ij.Doruſcena.Doroſtena.ver.v.dictante.ductante.ver.x.talia.alia.ver.xij iudicula.vidicula.ver.xvi.tabulorum.tabularum.ver.xvij.curtis. forte. cortis. ver. xxxvi.iuuentus.inuentus.pag.ij.ver.xxxix.auxiliatorum.auxiliariorum.ver.xlij.du centorum.quingentorum.C.iij.pag.i.ver.iiij.moniendo.momento.ver.xvij.mor tibus.motib⁹. ver.xxiij.cacumineis.cacuminis.ver.xxvi. eum turba.cum turba. ver. xxx.eminenti.forte.imminenti.pag.ij.ver.vi.aliqd.aliqd.ver.vij.nos.vos.ver.viij. forte.forti.ver.xi.Enante.En ante.ver.xv.Veſegothas.ī Veſegothas.ver.xxxij.ille. illic.ver.xxxv.pedibuſq̨ cōculcatus.pedibuſq̨ ſuorum cōculcat⁹.ver.xlij.naturalis. muralis.C.iiij.pag.i.ver.xviij.intra.inter.ver.xxi.intra.inter.ver.xxxi.eſſe.eſſet.ver. xxxix.lxxij. lxij.C.v.pag.i.ver.vij.cū.eū.ver.xij.Toloſa.Toloſam.ver.xvi.Hermanus. Germanus. ver.xxvi.ne.nec.ver.xxxiij.internectionē.internecionē. ver. xxxv. Cirreni.Tirreni.ver.xxxviij.Achiulfum.Adiulfum.ver.xl.quā.qua.pag.ij.ver.iiij cōcernētes.contuētes.ver.xiij.biſo.vrſo.ver.xvi.Idergona.alſ.Dertona.ver.xxij.interfectioni.internecioni.ver.xxv.Veturgas.alſ.betoricas.ver.xxix.tempora.tempore.C. vi.pag.i.ver. xij.periitianno.perijt anno.ver.xxxv. Ataulfi.alſ. vultulfi. ver. xxxviij. Antoarū.antorū:alſ:antarū.ver.xlij.Sigiſmundo.Giſimundo.pag.ij.ver. xvij. dominum.dominiū.ver.xxix.fratribus.fratris.ver.xxxix.grauatur. grauatus. D.i.pag.i.ver.xxij.fercula.forte.feretra.ver.xxxv.ſecura.ſecuta.ver.xxxviij. Necad Netad.pag.ij.ver.i.bella.tela.ver.xx.conſuetum donū eſt.alſ.conſuetudo eſt.ſuſcipiet.ſuſcipit.ver.xxvi. Cenandri. Cemandri.ver.xxvij. partem. parte. Marcenam. Martenam vrbem.ver.xxx.Candicis.Candacis.Alandouuamuthis.Alanouuamuthis.ver.xxxi.Perialdes.Peria id eſt.ver.xxxiiij.Agramatus.agrammatus.

Errata in Paulo Diacono.

AA.i.pagina.ij. ver.xviij.Tassipitis. Assipitis.ver.xix.& Assipitis.ex Assipitis.ver. xxxi.possidere.possedere.AA.ij.pag.ij.ver.xvij.i sole.a sole.ver.xxiiij.vicinitatē.vicinitate.nōnullę.nullę.ver.xxxiiij.aras.auras.ver.xxxix.Affirmātes se.Affirmāt esse. AA.iij.pag.i.ver.viij.ꝓfundissimā.ꝓfundissimū.ver.xxxvij.vt qb⁹ nomē tribueret victoriā concessisse. vt qb⁹ nomē tribuerat victoriā condonaret:sicq̧ Vuinilis Vodan victoriam concessisse.Pag.ij.ver.xlij.maxima.maxime.AA.iiij.pag.i. ver. xix.aliquot.aliquod.ver.xxxv.sic.si.pag.ij.ver.xij.partē.parte.AA.v.pag.i. ver. iij. Qui siue vt illatum ab hoste vulnus contemnerent.Qui siue vt expeditius bella gererent,siue vt illatū ab hoste vulnus contēnerent.ver.xviij.in gentem.ingentē. ver. xxv.tāto.Tato.pag.ij.ver.iiij.Turismondus.aſs.Turisindus.ver.xv.ad regem. regem.ver.xxv.simulatis.aſs. similatis.AA.vi.pag.i.ver.x.pręcipit.præcepit. ver.xv. redact⁹.redactas.ver.xvij.Sophiam.Sophian.ver.xix.caholicus.catholic⁹.ver.xxiij Abba.Abbas.ver.xxx.Aurum.aſs. clarum.pag.ij.ver.i.direptum.diruptum. ver. xvij.sentis.sentes. ver.xix. dephēsa.deprensa.ver.xxvij.viuit.currit.BB.i.pag.i.ver. xxvi.&.xxvij.huilca.hiulca.ver.xxxiij.Coelicus.Coelit⁹.ver.xxxviij.&.xxxix.promocorde. promoconde. pag.ij.ver.iij.roborās.reboans.ver.vij.iūxit.vinxit.ver.xi.& xij.O minus.Ominis.pag.ij.ver.xxxiiij.archiloico.archilochico.conteximus. contexuimus.BB.ij.pag.i.ver.xvij.En a re quā.Enare quē.ver.xviij.effulgerat. effulgorat.ver.xxij.sit.at.ver.xxvij.sunt.hunc.pag.ij.ver.viij.positis.positus. BB. iij.pag.i. ver.i.possipendam.possidendam.ver.xij.Liguris.Liguria.ver.xiiij.Bricia. Brutia Cap. XXIII.Cap. XVIII. BB.iiij.pag.i.ver.xxiiij.cum.eum.pag.ij.ver.ix.Pannoniam.Pannonia.BB.v.pag.i.ver.xxvij.ciuitatem.ciuitate.pag.ij.ver.iij. exceptis Patauium/& montem Silicis/& Mantuam.exceptis Patauio/& monte Silicis/& Mantua. ver.xxiij.Dertonā.Dertona.ver.xxiiij.sarificijs.sacrificijs.ver.xxxiiij.Brutiam.Brutia.ver.xxxv.ora.oram.BB.vi.pag.i.ver.ix.Pentapolim.Pentapolis. ver. xx.Tiburim.Tiburum.ver.xxxi.Samniam.Samnium.ver.xxxij. cornu quinquaginta.cornu quod quinquagīta.ver.xxxvi.Tyrrheno.Tyrrheno mari.pag.ij. ver. iiij.a Delphos insula properantes.ad Delphos properātes:ver.xv.imutata.immutata. ver.xix. inter. intra.ver.xxxiiij.mulios.multos. CC.i.pag.i.ver.v. post tantas animi miserias de spe iam fidus coepit futura reuelare.post tantas animum miserias de spe iam fisus coepit futura releuare.

Registrum alphabeti in Iornande.

A.B.C.D.omnes terniones sunt.præter A. quaternionem.

Registrum alphabeti in Paulo Diacono.

AA.BB.CC.DD.EE.FF.omnes sunt terniones.GG.HH.duerniones.

Impreſſi ſunt hij libri Iornandis atq; Pauli Diaconi, Augu-
ſtæ Vindelicorum:ſolerti opera Ioannis Miller.
Anno a natiuitate Domini Milleſimo
Quingenteſimo quintodecimo.
Die vero Viceſima prima
menſis Martij.





